



Merl. 188





Donné à la Bibliothèque de la Cour

Par

L'acteur, Le 10. Mars 1786.

# COELIBATUS CLERICORUM

FIRMATUS

A

GOSWINO JOSEPHO  
DE BUININCK

SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
PALATINI, QUA DUCIS JULIACENSIS ET BERGENSIS  
CONSILIARIO INTIMO, SUPREMÆ APPELLATIONUM  
CURIÆ ADSESSORE, NEC NON BIBLIOTHECARIO  
JULIACENSI, ET BERGENSI.



---

DUSSELDORP II,  
Typis Francisci Friderici Stahl, Aulæ Typographi.

MDCCLXXXVI.

K.R. 56  
2 Bc

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF

## INTRODUCTIO.

**E**quidem decantata jam dudum est cantilena de cœlibatu clericorum. Verum cum plures novatores, ac polyhystores illuminati hujus, si fabula vera, seculi priscum canticum recanere gestiant, quo pro more suo occasionem nanciscantur, cœlibatum non militum, qui & tempore Romanorum, ut **DIO CASSIUS** (a) scribit, ex lege uxores habere nequibant, sed clericorum criminandi, ejusque abrogationem quasi publicæ utilitatis ancillantem suadendi, exigendi, ac præscribendi; quid vetat, quominus & nos occinamus? Iccirco tamen haud sedet repetere quæstionem, an cœlibatus sacris ordinibus jure divino, vel apostolico, vel solo ecclesiæ decreto annexus, siue an lex perpetuæ continentiæ sacris ministris a **CHRISTO**, atque Apostolis imposita sit; quippe cum hanc inter plurimos alios **BELLARMINUS** (b) **GONZALEZ TELLEZ** (c) **LUPUS** (d) **THOMASSINUS** (e) **NATALIS ALEXANDER** (f) **RUPPRECHT** (g) nec non doctissimus **D. ZACCARIA** (h) jam tum plena manu pertractarint, discussèrint, atque exhaurierint, ita, ut me iudice non sit, quòd addi mereatur. Sed impræsentiarum tantummodo Græcorum, ac Latinorum Patrum sententia, summorum Pontificum constitutiones, ac sacrosanctorum Conciliorum canones conglutinare juvat, ut facilius dijudicari valeat, queis rationibus, atque autoritatibus clericorum cœlibatus & quondam nixus fuerit, & hodie dum adhuc nitatur.

Dabam Dusseldorpii quarta Nonarum Novembris MDCCCLXXXV.

(a) *Histor. Roman. Lib. LX. p. m. 678.*

(b) *De Controvers. Christian. Fidei Tom. II. Lib. I. de Clericis Cap. 18. & 19.*

(c) *In Commentar. in Cap. 1. X. de clericis conjugat.*

(d) *Synod. General. Tom. III. pag. 3. & seqq. Bruxellis MDCLXXIII.*

(e) *De veter. & nov. Eccles. disciplin. Part. I. Lib. II. Cap. 60. — 66.*

(f) *Histor. Eccles. Tom. IV. pag. 439. — 477. Ferrariæ MDCCLIX.*

(g) *Not. Historic. in univ. Jus Canon. Lib. III. Tit. III. §. 4. & seqq.*

(h) *Storia Polemica del celibato sacro. Hujus compendium, siue ex-*

tractum Germanicum D. Referendarius DREYSIG edidit sub titulo: Polemische Historie des heiligen Cälibats, welche einigen zu diesen Zeiten herausgekommenen Schriften entgegen gesetzt wird. Ein Werk des Abts Franz Anton Zaccaria Auszugsweise aus dem Itälienischen übersetzt. Bamberg und Würzburg 1781. Conferatur anonymus Schediasmatis: Bruder! Was hältst du wohl von dem Verbothe der Priester-Ehe, oder von dem ehelosen Leben der Mönchen, Nonnen, Ordens- und Weltpriester in der römisch-katholischen Kirche? Wien 1782. Nuperrimus autor des Observations philosophiques sur les principes adoptés par l'Empereur dans les matieres ecclesiastiques Sect. XV. pag. 74. compendiose differit. "Le célibat des Prêtres, & des Religieux, est encore une institution qu'on ne cesse de decrier. Ainsi on accuse les Prêtres d'un usage qui est utile aux pauvres, & qui n'est onereux qu'aux Prêtres mêmes. On ne fait pas attention, 1. que c'est principalement pour ménager le revenu des pauvres, que l'Eglise n'a pas permis à ses Ministres, d'avoir une femme & des enfants: 2. que les enfants des Prêtres seroient exposés, comme ceux des Ministres des autres Religions, à manquer de bien & d'établissements, à la mort de leurs parents: 3. que cet inconvenient seroit d'autant plus funeste, que ces enfants accoutumés à l'aifance, ne pourroient manquer du nécessaire, sans péril pour leurs moeurs. 4. que, dans l'état où se trouvent la plupart des gouvernements, le défaut de population, s'il est vrai qu'il résulte du celibat des Prêtres, ne peut être nuisible aux sociétés, puisqu'il n'y a déjà que trop de malheureux: 5. qu'il est tout au moins absurde de condamner le célibat utile, & volontaire des Prêtres, & des Religieux, tandis qu'on force au célibat, des millions de soldats qui ne demanderoient pas mieux que de se marier, & qui, pour remplir ce besoin naturel, portent & entretiennent la corruption dans le sein des sociétés.





## SECTIO I

*exhibet sensa Patrum.*

### §. I.

S. CLEMENS I. *Epistol. 2. ad Jacobum.* (a)

„ Ad dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante Ordina-  
 „ tionem suam conjuges suas non noverint. Quod si post Or-  
 „ dinationem Ministro Altaris contigerit, proprium invadere cubile  
 „ uxoris, sacrarii non intret limina, nec Sacrificii portitor fiat, nec  
 „ altare contingat, nec ab offerentibus Holocausti oblationem susci-  
 „ piat, nec ad Dominici Corporis portationem accedat, nec aquam  
 „ Sacerdotibus porrigat ad manus, Ostia forinfecus claudat, minora  
 „ gerat officia, Urceum sive calicem ad Altare non sufferat.

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. I. Part. I. Pag. 34.* Coloniae Agrippinae  
 MDCXVIII. & apud BERARDUM *de Gratian. Canon. Part. II. Tom. I. Cap.*  
 20. pag. 138. Conferatur DISTINCT. LXXXI. C. 19. qui LUCIO Papae ad-  
 scriptus, interim ex adducta Epistola depromptus est. Equidem COTELERIUS  
*Ss. Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, Oper. Vol. I. pag. 143.* (\*) dua-  
 rum quidem Epistolarum ad Jacobum meminit, sed *cit. Vol. I. pag. 611.* — 20.  
 non nisi unam, videlicet primam retulit, & de secunda tacuit. Eruditus DUPIN  
*Nouvel. Bibliotheq. des Auteurs Ecclesiast. Tom. I. pag. 32.* (\*) memorat. Il con-  
 tient en premier lieu deux Lettres apocryphes, l'une attribuée à Saint Pierre écrite à  
 Saint Jacques, auquel il recommande de ne point donner le Livre de ses Predications  
 aux Gentils, ce qui est suivi d'une protestation de S. Jacques. L'autre est une Lettre de  
 S. Clement à S. Jacques, laquelle quoiqu'ancienne, & traduite par Rufin est certaine-  
 ment supposée. Porro COUSTANT *Epistol. Roman. Pontific. Tom. I. Append. pag.*  
 3. primam inseruit, secunda omissa, forte quia primam pariter supposititiam, at-  
 que

que apogrypham renunciat. An jure, impræsentiarum non vacat disquirere, sed potius remittere lectorem ad laudatum BERARDUM *cit. Tom. I. Cap. I. pag. 10. — 21.*

(\*) Curante JOANNE CLERICO. Amstelodami MDCCXXIV.  
(\*\*) A Utrecht 1731.

## §. II.

TERTULLIANUS *de Monogamia Cap. VIII. (a)*


” Petrum solum invenio maritum per socrum, Monogamum præ-  
” sumo per ecclesiam, quæ super illum ædificata, omnem gradum  
” ordinis sui de Monogamis erat collocatura. Ceteros cum maritos  
” non invenio, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes.  
” Nec enim si penes Græcos communi vocabulo censentur mulie-  
” res & uxores pro consuetudinis facilitate (ceterum est proprium  
” vocabulum uxorum) ideo Paulum sic interpretabimur, quasi de-  
” monstret, uxores Apostolos habuisse; si enim de matrimoniis dis-  
” putaret, quod in sequentibus facit, ubi magis Apostolus aliquod  
” exemplum nominare potuisset, recte videretur dicere: Non enim  
” habemus potestatem uxores circumducendi sicut ceteri Apostoli &  
” Cephas? At ubi ea subjungit, quæ de victuaria exhibitione ab-  
” stinentiam ejus ostendunt, dicentis: Non enim potestatem habe-  
” mus manducandi & bibendi? non uxores demonstrat ab Aposto-  
” lis circumductas, quas & qui non habent, potestatem tamen man-  
” ducandi & bibendi habent, sed simpliciter mulieres, quæ illis eo-  
” dem instituto; quo & Dominum comitantes ministrabant. Jam  
” vero si Christus reprobat Scribas & Phariseos, sedentes in cathe-  
” dra Moyse, nec facientes, quæ docerent, quale est, ut & ipse su-  
” per cathedram suam collocarat, qui sanctitatem carnis præcipere  
” magis, non etiam obire meminissent, quam illis omnibus modis  
” insinueret, & docendam & agendam; imprimis de suo exemplo,  
” tunc de cæteris argumentis.”

(a) *Oper. omn. Tom. V. p. m. 574.*

## §. III.

CLEMENS ALEXANDRINUS *Stromat. Lib. III. (a)*

Dicit itaque in quadam epistola: *Non habemus potestatem sororem uxorem circumducendi, sic & reliqui Apostoli? Sed hi quidem ut erat con-*



„ consentaneum, ministerio prædicationi scilicet, sine ulla distractio-  
„ ne attendentes, non ut uxores, sed ut soroꝛes circumducebant  
„ mulieres, quæ una ministraturæ essent apud mulieres, quæ domos  
„ custodiebant, per quas etiam in Gynæceum absque ulla repre-  
„ hensione malave suspitione ingredi posset doctrina Domini,,

(a) Vid. Ss. Patrum Græcorum opera polemica *Vol. V. Tom. II. pag. 439.* Wirce-  
burgi MDCCLXXIX.

#### §. IV.

ORIGINES in *Numeror. Cap. XXVIII. Homil. 23.* (a)

„ Vereor aliquid dicere, quod ex sermonibus Apostolicis intelligi  
„ datur, ne forte videar aliquos contristare. Nam si oratio iusti  
„ sicut incensum offertur in conspectu Domini, & elevatio manuum  
„ ejus sacrificium est vespertinum, dicit autem Apostolus iis, qui in  
„ conjugis sunt; Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu  
„ ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum in id ipsum sitis: cer-  
„ tum est, quia impeditur sacrificium indefinens iis, qui conjugali-  
„ bus necessitatibus serviunt. Unde viderur mihi, quod illius est  
„ solius offerre sacrificium indefinens, qui indefinenti & perpetuæ  
„ se devoverit castitati.,

(a) *Oper. omn. Tom. I. p. m. 288.*

#### §. V.

EUSEBIUS CÆSARIENSIS de *Demonst. Evangel. Lib. I. Cap. 9.*

„ Cum Deo favente per Evangelicam Salvatoris nostri doctrinam  
„ innumerabiles gentes & populos, in urbibus, & regionibus &  
„ agris liceat nobis oculis intueri eodem animo festinantes, & ad  
„ sancta Evangelicæ doctrinæ præcepta concurrentes: quibus quidem  
„ satis superque sit, si doctores, ac prædicatores divini verbi om-  
„ nibus & vitæ vinculis, & sollicitudinibus liberati, possint sufficere.  
„ His autem ipsis maxime in præsentia, ut melioribus studiis vacent  
„ liberius, sejunctis a re uxoria victus adamatur, veluti iis, qui di-  
„ vina & incorporea sobole propaganda, occupati teneantur, & non  
„ unius, neque duorum liberorum, sed acervatim innumerabilis  
„ multitudinis educationem, sanctamque disciplinam, atque reliquæ  
„ instituendæ vitæ curam susceperint.,

IDEM



IDEM *cit. Cap. 9.* *omnium*  
 Oportere enim, dicit sermo divinus, episcopum unius uxoris  
 virum esse. Veruntamen eos, qui sacrati sint, atque in Dei  
 ministerio cultuque occupati, continere deinceps se ipsos a com-  
 mercio uxoris decet: qui autem non ad tantum assumpti sint Sa-  
 cerdotii munus, iis idem sermo divinus indulget, ac propemo-  
 dum palam omnibus prædicat, quod utique honorabile sit conju-  
 gium, & torus immaculatus, fornicatores & adulteros judicaturus  
 sit Deus.

### §. VI.

S. ATHANASIUS *in Apologia de fuga sua.* (a)

Leontius enim accusatus de commercio cujusdam juvenulæ mu-  
 lieris, jussusque proinde ab Eustorio, ut ab ejus contubernio  
 abstineret, se ipsum castrandum dedit, quo ita libere ejus com-  
 mercio uti posset: neque tamen vel ira suspicionem abluere po-  
 tuit, quominus, cum presbyter esset, deponeretur.

(a) *Oper. Omn. Tom. II. p. m. 136.*

### §. VII.

S. BASILIUS *Epist. ad Gregorium presbyterum.* (a)

Legi tuas literas cum omni patientia & longanimitate, & mita-  
 tus sum, quomodo cum posses per res ipsas nobis breviter  
 & facile respondere, in iis quidem quorum accusaris, persistere  
 malueris, prolixa autem oratione, quæ sunt immedicabilia, curare  
 volueris. Nec primi, nec soli, O Gregori! statuimus, ne mu-  
 lieres cum viris cohabitarent. Sed lege canonem, qui a sanctis  
 Patribus nostris Niceæ editus est, qui aperte prohibet, ne sint in-  
 troductitiæ. In hoc autem situm est cælibatus decus & honestas,  
 quod separatus sit a consuetudine & consortio mulierum. Si quis  
 enim verbo profitens, revera ea faciat, quæ qui cum mulieribus  
 cohabitant, aperte ostendit, se virginitatis quidem laudem nomi-  
 né tantum prosequi, sed a turpi voluptate non recedere. Tanto  
 magis ergo oportebat, te nostræ postulationi facile acquiescere,  
 quod dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neque  
 enim credo, eum, qui septuaginta annos natus est, cum muliere  
 animi perturbatione commotum habitare. Nec tanquam propter  
 „ tur-

„ turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, statuimus ea, quæ  
 „ statuimus. Sed quia ab Apostolo docti sumus, fratri non esse po-  
 „ nendum offendiculum, vel scandalum. Scimus autem, quod id,  
 „ quod recte fit & sane ab aliquibus, erit aliis occasio ad peccatum.  
 „ Ea de causa decrevimus, sanctorum patrum constitutionem fe-  
 „ quentes, ut a muliere separeris. Quid ergo chorepiscopum in-  
 „ culcas, & veteris simultatis recordaris? Quid autem nos insimulas,  
 „ quod aures ad admittendas calumnias faciles præbeamus, non au-  
 „ tem te ipsum, qui a consuetudine cum muliere non potes rece-  
 „ dere? Ejice eam a domo tua, & statue ipsam in monasterio, sit  
 „ illa cum virginibus, & viri tibi serviant, ne nomen Dei per vos  
 „ blasphemetur. Quamdiu hæc feceris, myriades, quas scribis in  
 „ epistolis, nihil tibi proderunt, sed ociosus morieris. Deoque red-  
 „ des rationem tui ocii: sin autem non correctus ausus fueris sa-  
 „ cerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te  
 „ susceperint, erunt in omni Ecclesia abdicati. „

(a) *Oper. omn. p. m. 579.*

## §. VIII.

S. CYRILLUS HIÉROSOLYMITANUS *Catech. XII. Cap. 25. & 26.* (a)

„ Decebat enim eum, qui purissimus est, & puritatis magister, ex  
 „ puris prodire thalamis. Si enim is, qui apud Jesum bene  
 „ fungitur sacerdotio, abstinere a muliere; ipse Jesus quomodo ex  
 „ viro & muliere proditurus foret: *Quoniam tu es*, ait in Psalmis,  
 „ *qui extraxisti me de ventre.* Attende diligenter ad illud, *qui extraxisti*  
 „ *me de ventre:* quo significatur eum sine virili opera ex virginis  
 „ utero & carne extractum & natum esse. Eorum enim, qui nup-  
 „ tiali lege nascuntur, alius est modus. Non veretur autem ex hu-  
 „ jusmodi membris carnem assumere, qui est ipsorum membrorum  
 „ fictor. Sed quis tandem hoc nobis dicit: Hieremiæ dicit Domi-  
 „ nus: *Priusquam te fingerem, ex utero novi te, & antequam exires ex*  
 „ *vulva, sanctificavi te.* Qui igitur in fingendis hominibus, (mem-  
 „ bra) contingit, nec id probro ducit; puderetne illum sanctam  
 „ carnem, illud suæ deitatis velamen, propter se ipsum effingere. „

(a) *Pag. 176. Parisiis 1720. Curante TOUTTEE.*



## §. IX.

S. GREGORIUS NYSSENUS *de virginitate Cap. XXIV. (a)*

„ Quomodo Dei sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum, ut mu-  
 „ nus offerres, unctus es? munus sane non omnino alienum,  
 „ neque suppositum ex iis, quæ tibi extrinsecus eveniunt; sed re-  
 „ vera tuum, quod est homo tuus interior, qui tanquam agnus in-  
 „ nocens, & perfectus esse debet, ab omnique macula, ac sordibus  
 „ remotus. Quomodo hæc ipsa Deo offeres, qui legi non obtem-  
 „ peras prohibenti, ne sacra impurus faciat? Ac si Deum tibi appa-  
 „ rere experis, quid causæ est, cur Mosem non audias, qui popu-  
 „ lo edicit, ut a nuptiis purus sit, quo Dei aspectum comprehen-  
 „ dat? Sin exigua hæc tibi videntur, cum CHRISTO simul cruci-  
 „ fixum esse, se ipsum hostiam Deo exhibere, sacerdotem fieri alti-  
 „ tissimi, magnoque illo Dei splendore dignum haberi, quæ altiora  
 „ nos tibi commentabimur, si quæ ex iis consequantur, levia etiam  
 „ putabis? ex eo enim quod simul crucifigare, una etiam vivere, ac  
 „ gloria florere, & regnare acquiritur; ex eo autem, quod se ip-  
 „ sum Deo quis exhibuit, ab humana natura dignitateque licet in  
 „ Angelicam commutari. Ita enim Daniel: *Milles mille asiterunt ei.*  
 „ Qui autem est ab eo acceptus, qui verum sacrificium est, sum-  
 „ moque Sacerdotum principi se ipsum constituit, manet omnino &  
 „ ipse sacerdos in æternum, nec a morte in sempiternum perma-  
 „ nere prohibetur. Illius vero, qui dignum se Deum videre puta-  
 „ vit, non aliquis alius fructus est, quam hoc ipsum, nempe quod  
 „ Deum videre dignus habitus est. Omnis enim spei sum a, om-  
 „ nis cupiditatis perfectio, omnis & beneficentiæ, & promissi divi-  
 „ ni, & ineffabilium bonorum, quæ neque sensu, neque cognitione  
 „ percipi posse, credita sunt, finis hic est, atque caput. Hoc Moses  
 „ experivit, hoc multi Prophetæ, hoc & reges videre cupierunt: so-  
 „ li verbo hi digni putantur, qui corde puri, qui ob hoc ipsum  
 „ beati sunt & habentur, quoniam ipsi Deum videbunt, ex quibus te  
 „ unum fieri volumus, qui cum Christo una crucifixus, te purum  
 „ Sacerdotem Deo exhibeas: quive omni pura integritate sacrificium  
 „ purum factus castitatis, ipsius præsidio te ad adventum Domini  
 „ pares, ut tu quoque puro corde Deum aspicias, ut promissio no-  
 „ bis facta est a Deo Servatoreque nostro Jesu Christo, cum quo  
 „ glo.



„ gloria omnipotenti Deo, una cum Spiritu sancto in sempiterna  
„ Sæcula. „

(a) *Oper. omni. p. n. 402.*

## §. X.

S. CHRYSOSTOMUS *de patientia Job. Homil. II. (a)*

„ Paulus enim apostolus, ubi ad gentes proficiscitur, summum  
„ virtutis pondus illis non imposuit: sed ubi in orbe adulteriis  
„ fornicationibusque repleto, voluit orbis pastores constituere, &  
„ quoniam virtutes raro inveniebantur, episcopos ordinans, Tiro  
„ dixit: *Constituere episcopos, sicut ego tibi disposui: si quis est sine crimine.*  
„ Porro irreprehensibile tunc locum non habuit, quandoquidem pie-  
„ tatis vigor deficiebat. Magnum irreprehensibilem esse: medium  
„ autem, sine crimine esse: magnum malum in hominibus, vel exi-  
„ guum bonum, & propterea dixit: *Et unius uxoris virum:* non ea  
„ ratione quod id nunc in ecclesia observetur. Oportet enim om-  
„ ni prorsus castitate sacerdotem ornatum esse. Sed quod id quan-  
„ doque ad eos, qui in fornicatione erant, magnum fuit, ideo di-  
„ cit: *Constituere episcopos sicut ego disposui tibi: Si quis est sine crimine,*  
„ *unius uxoris vir:* non quod id legis loco posuerit, sed quod erro-  
„ ri ignoscebat. Sciebat enim, quoniam florente pietatis verbo, sua  
„ industria bonum sibi natura vendicabat. Electioque melior fit,  
„ quum irreprehensibilis, iustus, ac verax deligatur (primum igitur  
„ non est iustum, fieri irreprehensibilem, non sanctum) Vultu non  
„ facie figuram quam lam præ se ferat, aliumque habens mentis ha-  
„ bitum: nec is, qui prudentia obumbratus, incontinentia vero in-  
„ dutus: non iusticiam quidem extrinsecus ferens, maliciam vero  
„ intrinsecus fovens, hic verax, atque illico Deum colens: cum enim  
„ fuerit irreprehensibilis, cum iustus, cum verax, tunc vera reli-  
„ gio, verusque Dei cultus perficitur. „

IDEM *ad Timoth. I. Cap. III. Homil. X. (b)*

„ Si igitur qui uxorem duxit, sollicitus est quæ sunt mundi: epif-  
„ scopum autem huiusmodi sollicitudine tangi minime convenit:  
„ quomodo superius dixit: *Unius uxoris virum?* Quidam ut dixi, il-  
„ lum, qui post uxoris obitum constitueretur episcopus, significasse  
„ intelligunt. Alioqui licet, eum, qui uxorem habeat, quasi non



„ habentem esse. Tunc nempe istud rite concessit pro tempore,  
 „ ac pro rei natura, quæ tunc inerat. „

IDEM *de Sacerdotio Lib. III (c)*

„ **A**c certe Episcopum convenit & studio acri, & perpetua viræ  
 „ continentia tanquam adamantinis armis circumseptum, quo  
 „ quo versus circumspicere, necubi nudo quis aut neglecto loco de-  
 „ prehenso letale vulnus adferat. „

(a) *Oper. omn. Tom. I. p. 255. Parisiis 1687. Curante DUCÉO.*

(b) *Tom. IV. pag. 652.*

(c) *Tom. V. pag. 207.*

## §. XI.

S. HIERONYMUS *adversus Jovinianum Lib. I. Cap. 19. (a)*

„ Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit:  
 „ **S**eligatur Episcopus, qui unam ducat uxorem, & filios faciat:  
 „ sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditos disci-  
 „ plina. Certe confiteris non posse esse Episcopum, qui in episco-  
 „ patu filios faciat: alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir re-  
 „ nebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte Sacerdoti-  
 „ bus exercere opera nuptiarum, ut idem sint virgines, quod ma-  
 „ riti: aut, si Sacerdotibus non licet uxores tangere, in eo sancti  
 „ sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Sed & hoc inferen-  
 „ dum. Si Laicus & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat  
 „ officio conjugali: Sacerdoti, cui semper pro populo offerenda  
 „ sunt sacrificia, semper orandum est. Si semper orandum est, er-  
 „ go semper carendum matrimonio, nam & in veteri Lege, qui  
 „ pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non  
 „ erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, & vinum  
 „ & siceram non bibebant, quæ solent libidinem procurare. „

IDEM *in Apolog. ad Pammachium. (c)*

„ **C**hristus virgo, virgo Maria, utriusque sexus virginitatem dedi-  
 „ cavere. Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes:  
 „ episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui,  
 „ aut certe post sacerdotium in æternum pudici. „

IDEM



IDEM *adversus Vigilantium Cap. I. (c)*

„ **P**rò nefas: Episcopus sui sceleris dicitur habere consortes: si ta-  
 „ men episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, ni-  
 „ si prius uxores duxerint: nulli cælibi credentes pudicitiam, immo  
 „ ostendentes, quam sancte vivant, qui male de omnibus suspican-  
 „ tur, & nisi prægnantes uxores viderint clericorum, infantesque  
 „ de ulnis matrum vagientes, Christi Sacramenta non tribuunt.  
 „ Quid facient orientis Ecclesiæ? Quid Ægypti & Sedis Apostoli-  
 „ cæ: quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si  
 „ uxores habuerint, mariti esse desistunt? „

IDEM *in Epist. ad Titum Lib. I. Cap. I lit. a. (d)*

„ **Q**uod autem ait, *unius uxoris vir*: sic intelligere debemus, ut non  
 „ omnem monogamum digamo putemus esse meliorem: sed  
 „ quo is possit ad monogamiam & continentiam cohortari, qui sui  
 „ exemplum præferat in docendo. Esto quippe aliquem adolescen-  
 „ tulum conjugem perdidisse, & carnis necessitate superatum, accé-  
 „ pisse uxorem secundam: quam & ipsam statim amiserit, & dein-  
 „ cept vixerit continenter: alium vero usque ad senectam habuisse  
 „ matrimonium, & uxoris usum, & ut plerique existimant, felicitá-  
 „ tem, nunquam a carnis opere cessasse: quis vobis e duobus vi-  
 „ detur esse melior, pudicitior, continentior? Utrique ille, qui in-  
 „ felix etiam in secundo matrimonio fuit, & postea pudice & sancte  
 „ conversatus est: & non is, qui ab uxoris amplexu nec senili est  
 „ separatus ætate. Non sibi ergo applaudat, quicumque quasi mo-  
 „ nogamus eligitur, quod omni digamo sit melior: cum in eo ma-  
 „ gis sit electa felicitas, quam voluntas. Quidam de hoc loco ita  
 „ sentiunt. Judaicæ inquit, consuetudinis fuit, vel binas uxores  
 „ habere, vel plures: quod etiam in veteri lege de Abraham & Ja-  
 „ cob legimus. Et hoc nunc volunt esse præceptum, ne is, qui  
 „ episcopus eligendus est, uno tempore duas pariter habeat uxores.  
 „ Multi supersticiosius magis, quam verius, eriam eos, qui cum gen-  
 „ tiles fuerint, & unam uxorem habuerint, qua amissa, post bap-  
 „ tismum Christi alteram duxerint, putant in sacerdotio non legen-  
 „ dos: cum utique si hoc observandum sit, illi magis ab episcopatu  
 „ arceri debeant, qui vagam per meretrices ante exercentes libidi-  
 „ nem, unam regenerari uxorem acceperint, & multo detestabilius  
 „ sit, fornicatum esse cum pluribus, quam digamum reperiri: quia  
 „ in



„ in alio infelicitas matrimonii est, in alio ad peccandum prona  
 „ lascivia.,,

IDEM *de septem ordinibus Eccles.* (e)

„ Uxori tuæ propter antiquam consuetudinem, ac periculum sa-  
 „ cerdotii, non des animam tuam in potestatem, ne forte in  
 „ similitudinem Adæ in paradiso positus confundaris, atque accep-  
 „ tam legem, si peccaveris, perdas: ac nuditatis tuæ conscius, con-  
 „ fusionem mentis excipias, & locum consecrationis amittas. Aman-  
 „ da quidem uxor est, sed sicut ecclesia, aut templum Dei: orandum  
 „ cum ea, legendum, abstinendum, communicandum in altario, non  
 „ in opere: spiritu, non carne vivendum. Venerari autem & te  
 „ propter conjunctionem legis debet, non desiderare propter con-  
 „ suetudinem delinquendi: quia aperte tibi usum conjugii interdic-  
 „ tum esse perpendis, cum te Episcopum esse cognoscis. Habere se  
 „ & illa ex hoc Christum gaudeat, non maritum: esse cum Deo,  
 „ non habitare cum conjugue: possidere intra domesticos parietes  
 „ vernaculam sanctitatem: exultet in Domino, gratias agat Deo, quod  
 „ de corruptione liberata est: tibi quoque debitor sit, quod ad hoc  
 „ officium volasti, qua consentiente electus es a Domino, quod prius  
 „ de omnibus cum tuis, ut decuit, translegisti, quam Episcopatum  
 „ rogatus acciperes, & separatus a conjugue in ecclesia permaneres.,,

(a) *Oper. omn. Tom. II. p. m. 338.*

(b) *Cit. Tom. II. pag. 395.*

(c) *Cit. Tom. II. pag. 407.*

(d) *Tom. VI. pag. 199.*

(e) *Tom. IX. pag. 51.*

## §. XII.

S. EPIPHANIUS *contra hæreses Lib. II. Tom. I. Hæres. 48.* (a)

„ Et gaudet quidem his, qui approbatum Dei cultum præstare  
 „ possunt, & virginitatem ac castitatem, & continentiam exer-  
 „ cere deligunt. Verum unas nuptias honorat, etiamsi maxime sa-  
 „ cerdotii dona per eos, qui ab unis etiam nuptiis se continuerunt,  
 „ & in virginitate vitam degunt, se ornasse præexpressit, velut etiam  
 „ Apostoli ipsius ecclesiasticam sacerdotii regulam ordinate, ac san-  
 „ cte constituerunt.,,

IDEM

IDEM *cit. Tom. I. Hæres. 59. (b)*

„ Quæ autem ad sacerdotium tradita sunt, propter eminentiam  
 „ celebrationis sacrorum, ea ad omnes æqualiter ferri putave-  
 „ runt, quum audierint, quod oportet episcopum irreprehensibilem  
 „ esse, unius uxoris virum, continentem. Similiter & diaconum &  
 „ presbyterum. Revera enim non suscipit sancta Dei prædicatio  
 „ post Christi adventum eos, qui a nuptiis, mortua ipsorum uxo-  
 „ re, secundis nuptiis conjuncti sunt, propter excellentem sacerdo-  
 „ tii honorem ac dignitatem. Et hæc certo sancta Dei Ecclesia cum  
 „ sinceritate observat. Sed & adhuc viventem & liberos gignentem  
 „ unius uxoris virum non suscipit, sed eum, qui se ab una conti-  
 „ nuit, aut in viduitate vixit, Diaconum & Presbyterum & Epif-  
 „ copum & Hypodiamonum: maxime ubi sinceri sunt canones Ec-  
 „ clesiastici. At, dices mihi, omnino in quibusdam locis, adhuc li-  
 „ beros gignere & Presbyteros & Diaconos & Hypodiamonos. At  
 „ hoc non est juxta canonem, sed juxta hominum mentem, & quæ  
 „ per tempus elanguit, & propter multitudinem, quem non inve-  
 „ niretur ministerium. Nam quod decentius est, id semper Eccle-  
 „ sia per Spiritum sanctum bene disposita videns, statuit apparare,  
 „ ut cultus divini indistracti Deo perficerentur & spirituales necessi-  
 „ tates cum omni benevola conscientia peragerentur. Dico autem  
 „ quod decorum est, propter repentina ministeria ac necessitates,  
 „ ut Presbyter & Diaconus & Episcopus Deo deditus sit. Si enim  
 „ etiam populo præcipit S. Apostolus dicens, ut ad tempus vacent  
 „ orationi: quanto magis sacerdoti idem præcipit? ut indistractus  
 „ sit, inquam, ad vacandum secundum Deum sacerdotio, quod in  
 „ spiritualibus necessitatibus ac usibus perficitur. „

IDEM *Lib. I. l. Tou. II. Hæres. 80. in Compendiaria vera doctrina. (c)*

„ Vertex autem horum omnium, aut mater, ut ita dicam, geni-  
 „ trix est sanctum Sacerdotium, ex virginibus quidem ut pluri-  
 „ mum procedens: si vero non ex virginibus, at ex solitariam vi-  
 „ tam degentibus; Si vero non suffecerint ad ministerium, ad so-  
 „ litariam vitam degentibus, de his, qui continent a propriis uxo-  
 „ ribus, aut ab unis nuptiis viduitatem servantibus. Nam eum,  
 „ qui secundas nuptias contraxit, non licet in ipsa ad sacerdotium  
 „ suscipere: etiamsi is, qui ab initio continens viduus fuerit, possit  
 „ habere locum Episcopi & Presbyteri & Diaconi & Subdiaconi.  
 „ Post



„ Post hoc sacerdotium deinceps est, *lectorum ordo*, ex omnibus or-  
 „ dinibus constans, hoc est, virginibus, & solitariam vitam degen-  
 „ tibus, & continentibus, & viduis, & his qui adhuc sunt in vene-  
 „ rando conjugio: si vero fuerit opus, etiam ex his, qui post obi-  
 „ tum primæ uxoris secundam duxerunt. Non enim est sacerdos  
 „ ipse lector, sed velut scriba sermonis. „

(a) *Oper. omn. p. m. 97.*

(b) *Ibid. pag. 118.*

(c) *Ibid. pag. 261.*

### §. XIII.

S. AMBROSIUS *de Officiis Lib. I. Cap. 50.* (a)

„ **Q**uomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conju-  
 „ gia frequentaverit? Inoffensum autem exhibendum & imma-  
 „ cularum ministerium, nec ullo conjugali coitu violandum & cognos-  
 „ citis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ip-  
 „ so consortio conjugali, sacri ministerii gratiam recepistis. Quod  
 „ eo non præterii, quia in plerisque abditioribus locis cum ministe-  
 „ rium gererent, vel etiam sacerdotium, filios susceperunt: & id  
 „ tanquam usu veteri defendunt, quando per intervalla dierum sa-  
 „ crificium deferebatur, & tamen castificabatur etiam populus per  
 „ biduum, aut triduum, ut ad sacrificium purus accederet, ut in  
 „ veteri testamento legimus: Et lavabat vestimenta sua. Si in figura  
 „ tanta observantia, quanta in veritate? Dicce sacerdos atque levi-  
 „ ta, quid sit lavare vestimenta tua, ut mundum corpus celebrandis  
 „ exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum  
 „ suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illotus mente  
 „ pariter & corpore, audes pro aliis supplicare, audes pro aliis mi-  
 „ nistrare? „

(a) *Oper. Omn. Tom. IV. p. m. 38.*

### §. XIV.

S. AUGUSTINUS *de opere monachorum Cap. IV.* (a)

„ **A**d hoc enim & fideles mulieres, habentes terrenam substantiam  
 „ abant cum eis, & ministrabant eis de substantia sua, ut nul-  
 „ lius indigerent horum, quæ ad necessaria vitæ hujus pertinent.  
 „ Quod beatus Paulus licere quidem sibi demonstrat, sicut & cæ-  
 „ teri



„teri Apostoli faciebant, sed ea potestate se uti noluisse postea commemorat. Hoc quidem non intelligentes, non sororem mulierem cum ille diceret: *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi*, sed uxorem interpretati sunt. Fefellit eos verbi „græci ambiguitas, quod & uxor & mulier eodem verbo græce „dicitur: quanquam hoc ita posuerit Apostolus, ut falli non debuerint, quia neque mulierem tantummodo ait, sed sororem mulierem, neque ducendi, sed circumducendi: veruntamen alios interpretos non fefellit hæc ambiguitas, quia sororem mulierem, „non uxorem interpretati sunt.„

IDEM *de adulterin. conjug. Lib. II. Cap. 20. (b)*

„Unde istos, qui virilem excellentiam non purant nisi peccandi „licentiam, quando terremus, ne adulterinis conjugis hærendo „pereant in æternum, solemus eis proponere etiam continentiam „clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur inviti, eamque susceptam usque ad debitum finem, Domino „adjuvante, perducunt.„

IDEM *de tempore Sermon. CCL. Dominica XXV. Sermon. I. (c)*

„Omnibus enim castitas pernecessaria est, sed maxime ministris „Christi altaris, quorum vita aliorum debet esse eruditio, & „assidua salutis prædicatio. Tales enim decet dominum habere ministros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, sed potius continentia castitatis splendeant, & totis honestis fulgeant in populo „exemplis: quibus Dominus per legistatorem dicit, *Sancti estote, quia „& ego sanctus sum Dominus Deus vester. Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ: nec aliqua foeditas ei sociari potest.* „

IDEM *ad fratres in eremo Sermon. XXXVII. (d)*


„Hæc est illa sancta virtus, quam asstringere nos docet Apostolus; „*Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis*, ne mens „vestra colloquiis malis possit corrumpi. Ideo fratres attendite, quod „non solum a vobis removenda est fornicatio sed etiam omnis suspicio falsa. Non decet clericum cum mulieribus sedere, vel fabulari, vel domum ejus frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur. O quam vilis, o quam miser & pusillanimis reputatur „clericus, qui frequenter cum mulieribus conversatur. Insuper valde est, & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. Et ideo

C

„ vos,



„ vos, qui estis lux mundi, & civitas in monte situata, sic famam  
 „ vestram custodire debetis, ut non erubescant de detractoribus lau-  
 „ datores. Attendite etiam fratres, attendite, quod dicit Apostolus:  
 „ *Fornicatio & immunditia.* Fornicatio enim est naturalis mulierum  
 „ concubitus, sed illicitus. Fornicatio est cum meretricibus agere.  
 „ Mulier sive adultera, sive concubina, meretrix vocatur. Fornica-  
 „ tio enim ideo clericis interdicitur, quia cum simus ministri Domi-  
 „ ni, membra meretricis non efficiamur. O quam turpe est, cleri-  
 „ cum a meretrice duci captivum. *Qui enim adhæret meretrici, unum*  
 „ *corpus efficitur.* Et ideo scire debemus, quod malum est fornicari.  
 „ Nam si conjugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen  
 „ fornicationis in nobis æstimabitur? Ecce enim fratres, laicis con-  
 „ jugatis ad tempus abstinere præcipitur, ut vacent orationi, & sa-  
 „ cerdotes, quos corpus Domini consecrare omni die oportet, con-  
 „ cubinas in domo tenere non erubescunt. Ecce quomodo vasa  
 „ vestra possidere in sanctificatione sciatis. Scitis enim fratres, quod  
 „ die quadam David venit ad Achimelech sacerdotem, & ait David  
 „ esuriens: Da mihi aliquid cibi. Et respondit: *Non habeo panes lai-*  
 „ *cales ad manus, sed tantum panem sanctum,* Et ideo dic mihi o Da-  
 „ vid *sunt mundi pueri tui a mulieribus?* Et ait: *sunt ab beri, & nudius-*  
 „ *tertius.* Et sic dedit sacerdos eis sanctificatum panem. Si ergo in-  
 „ terrogavit Sacerdos, utrum servi David mundi panem. Si ergo in-  
 „ propolitionis accipiendos: quid facere nos debemus miserii Sacer-  
 „ dotes propter corpus Domini accipiendum? O fratres mei, sic &  
 „ sacerdos paganorum, dum offerre debet Diis suis incensa, ab om-  
 „ ni malo ut potest, abstinere. Ecce ego jam Episcopus Hipponen-  
 „ sis eram, & cum quibusdam servis Christi ad Æthiopiam per-  
 „ rexi, ut eis sanctum Christi evangelium prædicarem, & vidimus  
 „ ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos  
 „ grossos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes:  
 „ inter quos sacerdotes eorum vidimus uxoratos, tantæ tamen ab-  
 „ stinentiæ erant, quod licet uxores sacerdotes omnes haberent,  
 „ nunquam tamen nisi semel in anno eas tangere volebant, qua die  
 „ ab omni sacrificio abstinerebant? Vidimus & in inferioribus parti-  
 „ bus Æthiopiæ homines unum oculum tantum in fronte habentes,  
 „ quorum sacerdotes a conversationibus hominum fugiebant, ab om-  
 „ ni libidine carnis se abstinerebant, & in septimana in qua Diis suis  
 „ thura offerre debebant, ab omni labe carnis abstinerebant se: nihil  
 „ fume-



„ fumebant, nisi metretam aquæ per diem, & sic contenti manen-  
„ res digne sacrificium diis suis offerebant.„

(a) *Oper. omn. Tom. III. p. m. 260.*

(b) *Tom. VI. pag. 317.*

(c) *Tom. X. pag. 358.*

(d) *Cit. Tom. X. pag. 655.*

## §. XV.

S. ISIDORUS PELUSIOTA *Lib. III. Epist. 176. (a)*

„ Paulus tanquam pennatus agricola, universum pene orbem per  
„ L agravit, atque extremos usque terræ angulos grassatus est,  
„ tum auditores suos optimis legibus instituens, tum iis etiam, qui-  
„ bus eum audire minime contigit, divinam doctrinam inferens.  
„ Quocirca illos quidem mulieres etiam comitabantur, non ut libe-  
„ ros procrearent, aut una cum ipsis vitæ consuetudinem haberent,  
„ verum ut ex suis facultatibus subministrarent, ac paupertatis præ-  
„ cones alerent: hunc autem, qui ad ipsos usque terræ fines cur-  
„ rebar, sequi nec permittæ sunt, nec potuerunt. Quid vero mi-  
„ rum fœminas relictas fuisse, cum etiam Barnabas individuus alio-  
„ qui comes, ad infinitum illum cursum ac laborem claudicans, pri-  
„ mas ipsi concesserit? Siquidem quo tempore cum eo versabatur,  
„ hæc verba habebat Paulus, *Nunquid non habemus potestatem sororem*  
„ *mulierem circumducendi, sicut & reliqui Apostoli, & fratres Domini, &*  
„ *Cephas? An solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi?*  
„ Non quod ii, qui virginitatem suadebant, & castitatem prædica-  
„ bant, ac virginum choros moderabantur, cum mulieribus consue-  
„ tudinem haberent, quis enim eos virginitatem suadentes tulisset,  
„ siquidem ipsimet in voluptatum cæno se se volutantes deprehensi  
„ fuissent? Non igitur hoc ait, nam alioquin mulierem uxorem di-  
„ xisset, quemadmodum notarii in iis contractibus, qui ad dotes per-  
„ tinent, scribere consueverunt: alere ac vestire, quemadmodum mu-  
„ liere uxore dignum est, pro facultatum captu: mulierem videlicet  
„ ob naturam collocantes, uxorem autem ob vitæ consuetudinem, sed  
„ quia ipsos sequebantur, ex bonis suis paupertatis magistros alentes,  
„ idcirco sororem quidem dixit, ut castitatem indicaret: mulierem au-  
„ tem, ut naturam declararet. Mulier quippe virgo quoque appel-  
„ latur, etiamsi intacta sit: mulier ob formam, etiamsi integra sit:



„ mulier ob naturam, etiamsi masculi congressus expers sit. Quod  
 „ autem hoc a scopo minime aberrer, hinc liquet, quod idem hic  
 „ Paulus, cujus dictum nonnulli subdola interpretatione depravare  
 „ minime dubitant, de eo loquens, quod Salvator secundum car-  
 „ nem ex sancta virgine Maria natus sit, his verbis usus est, *factum*  
 „ *ex muliere*. Quid ais Paule? Virginem mulierem appellas? Ita,  
 „ inquit, mulierem ob naturam appello, virginem autem mente re-  
 „ neo. Mulier enim est virgo, etiamsi alioqui a virili con-actu alie-  
 „ na sit; Mulier ob speciem & effictionem. Virgo propter integri-  
 „ tatem & puritatem.„

(a) *Magn. Biblioth. veter. Patrum Tom. V. Part. II. p. m. 591.*

### §. XVI.

FULGENTIUS FERRANDUS in *Breviar. Canon. Tit. XVI.* (a)

„ **U**t Episcopi, presbyteri, & diaconi ab uxoribus abstineant.„

(a) Apud VOELLIUM, & JUSTELLUM *Biblioth. Jur. Canon. Tom. I. pag. 448.* & PITHOEUM in *Cod. Canon. pag. 305.*

### §. XVII.

S. GREGORIUS TURONENSIS *Histor. Franc. Lib. I. Cap. 39.* (a)

„ **A**pus Arvernos vero post Stremonium Episcopum prædicato-  
 „ remque, primus episcopus Urbicus fuit, ex Senatoribus con-  
 „ versus, uxorem habens: quæ juxta consuetudinem ecclesiasticam,  
 „ remota a consortio Sacerdotis religiose vivebat. Vacabant enim am-  
 „ bo orationi, elemosynis, atque operibus bonis.„

(a) *Oper. omn. pag. 29.* curante RUINART. Lutetiae Parisiorum MDCXIX.

### §. XVIII.

S. ISIDORUS HISPALENSIS *de Off. Ecclesiast. Lib. II. Cap. 5.* (a)

„ **T**enebit quoque illam supereminentem donis omnibus charita-  
 „ tem, sine qua omnis virtus nihil est, custos enim castitatis  
 „ charitas, locus autem hujus custodis humilitas. Habebit etiam in-  
 „ ter hæc omnia & castitatis eminentiam, ita, ut mens Christo de-  
 „ dita, ab omni inquinamento carnis sit munda & libera. Inter  
 „ hæc oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gere-  
 „ re,



re, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in omnibus exhibere curam, providentiam habere, & distributionem discretam. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum benignitate & charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Evangelium audire desiderant; Hospes fui & suscepistis me; quanto magis Episcopus, cujus diverforium cunctorum debet esse receptaculum? Laicus enim unum aut duos suscipiens implevit hospitalitatis officium; Episcopus, si non omnes suscepit, inhumanus est. In negotiis autem secularibus dirimendis oportet eum causam merito discernere, non gratia; neque enim sic debet Episcopus suscipere potentem, ut contristeret contra justitiam pauperem, neque pro paupere auferre justitiam a potente. Non defendat improbum, nec sancta indigno committenda arbitretur, neque arguat, & impugnet, cujus crimen non reprehendit. Erit quoque illi etiam juxta Apostolum mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi, oris, & cogitationis errore.,,

IDEM *Lib. II. Cap. 10. (b)*

Subdiaconi, qui apud *græcos* *hypodiaconi* vocantur, in Ezdra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinnæi, id est, in humilitate Deo fervientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in Evangelio Joannis divina proditione communitus, salvatorem meruit confiteri, quique etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit, protestante Domino, ac dicente: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt a populis, isti obediunt officis levitarum, isti quoque vasa corporis & sanguinis Christi diaconibus ad altarium offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, ut quia sacra mysteria contrectant, casti sint, & continentes ab uxoribus, & ab omni carnali immunditia sint liberi, juxta quod illis propheta dicente jubetur: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Hi igitur cum ordinantur, sicut Sacerdotes & Levitæ, manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum, & calicem de manu episcopi, & ab archidiacono scy, hum aquæ, cum aqua manili & manucergium accipiunt.,,

(a) *Oper. Omn. Tom. II. p. m. 114.*(b) *Cit. Tom. II. pag. 115.*



## §. XIX.

V. BEDA *de Tabernaculo Lib. III. Cap. 9. (a)*

„ Verum quia de cæteris supra tractatum est, feminalia hæc, quæ  
 „ ad operiendam carnis turpitudinem fieri mandantur, illam  
 „ castimonie portionem, quæ ab appetitu copulæ conjugalis cohi-  
 „ ber, proprie designant, sine qua nemo vel sacerdotium suscipere,  
 „ vel ad altaris potest ministerium consecrari, id est, si non aut vir-  
 „ go permanferit, aut contra uxoriæ conjunctionis fœdera solverit.  
 „ Quod videlicet genus virtutis nulli per legem Dei necessario im-  
 „ peratum, sed voluntaria est devotio, ne Domino offerendum,  
 „ dicente ipso de hoc: Non omnes capiunt verbum istud. Ad  
 „ quam tamen benigna mox exhortatione eos, qui possint, invitat,  
 „ dicens: Qui potest capere, capiat. Et paulo post eisdem, qui vel  
 „ uxorem, vel alios cognatos, & implicamenta mundi hujus prop-  
 „ ter ipsum reliquerint, centuplum promittit in hac vita præmium,  
 „ & in sæculo futuro vitam æternam. Unde certe gratia distinctionis  
 „ non Moyses hoc indumento vestiri Aaron & filios ejus jubetur,  
 „ sicut de prioribus dicitur: Vestiesque his omnibus Aaron fratrem  
 „ tuum, & filios ejus cum eo. Sed facies, inquit, feminalia linea,  
 „ ut operiant carnem. Ipsi, inquit, operant carnem turpitudinis  
 „ suæ, tu feminalia pontifici & filiis ejus facies, tu castitatis regulam  
 „ docebis, tu abstinendum ab uxorio complexu eis, qui sacerdotio  
 „ functuri sunt, intinabis. Nulli tamen violentum hujusmodi con-  
 „ tinentiæ jugum impones: Sed quicumque Sacerdotes fieri, ac mi-  
 „ nisterio servire altaris volunt, ipsi sua sponte uxorum servi esse  
 „ desistent.,,

IDEM *in Lucæ Evang. Cap. I. Lib. I. Cap. 3. (b)*

„ Hoc est, quod dixi, quod vicis suæ tempore pontifices, templi  
 „ tantum officiis mancipati, non solum a complexu uxorum,  
 „ sed ab ipso quoque domorum suarum abstinere ingressu. Ubi  
 „ nostri temporis sacerdotibus, quibus semper altari servire jubetur,  
 „ perpetuo servandæ castitatis exemplum datur. Quia enim tunc  
 „ Sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quærebatur, necessario tem-  
 „ pus substituendæ soboli procurabatur. At quia nunc non carna-  
 „ lis successio, sed perfectio spiritalis inquiritur, consequenter fa-  
 „ „ cerdo-

„ cerdotibus, ut semper altari queant adfistere, semper ab uxoribus  
 „ continendum, semper castitas observanda præcipitur.,

(a) *Oper. omn. Tom. I. p. m. 268.*

(b) *Tom. II. pag. 45. Conferatur DISTINCT. XXXI. C. 2.*

## §. XX.

HINCMARUS REMENSIS *Capitular. Cap. 21. (a)*

„ **E**t ut sanctus Innocentius, & prædecessor ejus Siricius scribunt,  
 „ si priscais temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ  
 „ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam  
 „ omnino rangebant, quibus utique propter sobolis successionem  
 „ uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ex se-  
 „ mine Aaron, ad Sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere,  
 „ quanto magis hi sacerdotes vel Levitæ pudicitiam servare debent,  
 „ quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec  
 „ præterit dies, quo vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis offi-  
 „ cio vacent? Nam si Paulus etiam laicis scribit dicens, *Abstinate ad*  
 „ *tempus, ut vacetis orationi*, quanto magis sacerdotes, quibus & oran-  
 „ di & sacrificandi jure officium est, semper debebunt ab ejusmodi  
 „ consortio abstinere? qui si contaminatus fuerit, a carnali concu-  
 „ piscencia, quo pudore vel sacrificare forsitan usurpabit? aut qua  
 „ conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit,  
 „ *Omnia munda mundis, inquinatis autem & infidelibus nihil mundum?*  
 „ Et ne quis dicat: si habito cum mulieribus, sufficit mihi conscien-  
 „ tia mea, dicente Apostolo, *Gloria nostra hæc est, testimonium con-*  
 „ *scientiæ nostræ*, attendat, quod item idem dicit Apostolus, per  
 „ quem, ut ipse veraciter fateretur, loquitur Christus, *Providentes bo-*  
 „ *na non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Et item  
 „ præcipit, ut sine offensione omnibus simus, ne pereat in nostra  
 „ conscientia frater, propter quem Christus mortuus est, sic inqui-  
 „ ens, *Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam,*  
 „ *in Christum peccatis.* Et ideo repleti Spiritu sancto statuerunt sancti  
 „ Patres nostri, ut ministri altaris mulieribus non cohabitent, neque  
 „ subintroducant secum mulieres, ne vel concupiscencia conscientiam  
 „ suam urant, vel consensu pessimo polluant, & ne vel mala sus-  
 „ picione infirmorum conscientias maculent.,

(a) *Oper. omn. Tom. I. pag. 719. Curante SIRMONDO, Lutetiæ Parisiorum MDCXLV.*

§. XXI.

S. PETRUS DAMIANI *Lib. V. Epist. 13. (a)*

„ Unde videtur mihi, ut a præfenti die omnibus Episcopis dica-  
 „ tur, ut nullum facere subdiaconum præsumant, nisi qui caste  
 „ se victurum promiserit, quatenus & præterita, quæ per propo-  
 „ tum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futu-  
 „ ra caute caveantur. Qui vero post eandem prohibitionem, quæ  
 „ ante triennium facta est, continenter cum suis uxoribus vixerant,  
 „ laudandi, atque remunerandi sunt: & ut in bono suo permaneant,  
 „ exhortandi. Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis  
 „ uxoribus continere noluerunt, pervenire ad sacrum ordinem no-  
 „ lumus: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cu-  
 „ jus castitas ante susceptum ministerium fuerit probata. Item &  
 „ decretum Leonis Papæ: *Nam cum extra clericorum ordinem constitu-*  
 „ *tis nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad ex-*  
 „ *bibendam tamen perfectæ continentie puritatem, nec subdiaconis quidem con-*  
 „ *nubium carnale conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non haben-*  
 „ *tes, & qui non habent, permaneant singulares.* Quod si in hoc or-  
 „ dine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto ma-  
 „ gis a primo, vel secundo, tertiove servandum est? ne aut leviti-  
 „ co, aut presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quisque  
 „ idoneus æstimeretur, qui se a voluptate uxoria, necdum frænasse  
 „ detegitur? Item Papa Silvester: *Nulli autem Subdiaconorum ad nup-*  
 „ *tias transire permittentes, præcipimus, ne aliqua hoc prævaricatione præ-*  
 „ *sumserit.* Quod si contemnenda tot Apostolicorum virorum de-  
 „ creta duxeritis, ac per eorum ora tanquam toridem organa lo-  
 „ quentis Spiritus sancti statuta spreveritis, quam de vobis beatus  
 „ Papa Damasus sententiam profert, dignum est, audiat: *Violato-*  
 „ *res, inquit, voluntarii canonum graviter a Sanctis Patribus judicantur,*  
 „ *& a spiritu sancto, cujus instinctu, ac dono ditati sunt, damnantur.* Quo-  
 „ niam blasphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui  
 „ contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed li-  
 „ benter, ut præfixum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui  
 „ præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim  
 „ præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum  
 „ Sanctum, quoniam, ut jam prælibatum est, contra eum agit, cu-  
 „ jus jussu & gratia iidem sancti editi sunt canones. Audiant ergo,  
 „ qui

„ qui nobis obſiſtunt, qui adverſus nos ſuper hac quæſtione conſli-  
 „ gunt: quia dum nobis ſunt adverſarii, in Spiritum Sanctum ma-  
 „ niſteſta ſunt rebellione blaſphemi: & illum blaſphemantes offen-  
 „ dunt, cujus offenſio non remittitur neque hic, neque in futuro.  
 „ Sed jam plures ſanctorum Pontificum ſubnectere ſanctiones omit-  
 „ timus, ne epistoſaris compendii metam excedere judicemur. Parit  
 „ enim prolixitas lacinioſa ſaſtidium. Et certe cui ſanctorum testi-  
 „ monia non ſufficiunt, undecunque congeſta fuerint, nec pluribus  
 „ acquieſcet. Id præterea quod objicitis, cautum eſſe canonibus, ut  
 „ quicumque conjugati ſacerdotis officium ſpreverint, debeant com-  
 „ munionem privari; ut pace veſtra loquar, dum litterarum ſuperfi-  
 „ ciem negligenter attenditis, ſobrietatem Eccleſiaſticae intelligentiae  
 „ non teneris. Ille nimirum Sacerdos conjugatus dicitur, non qui  
 „ nunc habet uxorem, ſed qui potius habuit ante perceptam ſacer-  
 „ dotalis officii dignitatem. Quem proſecto ſi ſpernimus, conſequi-  
 „ tur etiam, ut & beatum Paulum Apoſtolum, quod dictu nefas eſt,  
 „ contemnere debeamus. Nihilominus & illud de beati Epistoſa ad  
 „ Corinthios vel egregium, & inſignem Goliath gladium verſatis in  
 „ manibus, eumque vibrantes Iſraeliticae plebis aciem ventilare ten-  
 „ taris: *Propter fornicationem, inquit, unusquisque ſuam uxorem habeat:*  
 „ *uxori vir debitum reddat, & uxor viro.* In quo nimirum verbo, quod  
 „ dicitur, *unusquisque*, cum laicis ſimul altaris miniſtros comprehen-  
 „ ſos eſſe conjicitis: & dum in Apoſtolica Sententia litterarum paleas  
 „ quali jumentorum dente corroditis, medullas ſpiritualis intelligen-  
 „ tiae pietati humanæ faucibus non guſtatis: immo proſus a granis  
 „ quiſquillas non ſecernitis, & diſcretionis regulam poſtponentes,  
 „ ſimul omnia permiscetis. Illis nempe dicebat Apoſtoloſ: *Unusquisque*  
 „ *ſuam uxorem habeat*, quibus loquebatur, quia vero non Sacerdoti-  
 „ bus, vel prædicatoribus, ſed populo potius in hac loqueretur  
 „ Epistoſa, in ipſo ejusdem Epistoſae principio luce clarius manifeſtat.

IDEM Opus. XVIII. Diſſert. I. Cap. I. (b)

„ Non te later, qui Presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis tam diſtrictæ,  
 „ tam rigidae regula caſtitaris indicitur, ut omni Catholicorum Pa-  
 „ trum concurrente judicio, a contrahendis nuptiis funditus abſcin-  
 „ dantur. Et certe ſatis eſt ratione pleniffimum, ut poſt Episcopos,  
 „ in his quoque tribus gradibus, niveus pudicitiae candor effloreat,  
 „ qui nimirum ſacris myſteriis familiaris appropinquant. Nam quia

D

„ Do-



» Dominicum corpus in Virginalis uteri templo coaluit, nunc etiam  
 » a ministris suis continentis pudicitiae munditiam quaerit.»

IDEM *cit. Opuscul. XVIII. Dissert. II. Cap. 2. (c)*

» Cum lex illa fuerit data per servum, evangelica vero gratia sit col-  
 » lata per Dominum, necesse est, ut aliud tunc a Levitis Synago-  
 » gae, aliud nunc a Clericis exigatur Ecclesiae. Illis siquidem pro  
 » qualitate temporis permittebantur jura conjugii: istis vero praeci-  
 » pitur, a carnalis affectus amplexibus penitus sint remoti. Nam  
 » quia sola Levitica Tribus ad sacerdotale ministerium tunc erat  
 » electa, necessaria tunc erat propagatio generis ad conservandum  
 » sacerdotalis officium dignitatis. Sicut in Levitico Dominus, *Vir-*  
 » *ginem, inquit, sacerdos ducet uxorem; viduam, & repudiatam, & sor-*  
 » *didam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne commis-*  
 » *ceat stirpem generis sui vulgo gentis suae: quia ego Dominus, qui sanctifico*  
 » *eum.* Nunc autem quia ex omni populo Christiano passim fit sacer-  
 » dotalis electio, & in promotione Clericorum non distinctio gene-  
 » ris, sed praerogativa dumtaxat exquiritur sanctitatis, cessant jura  
 » conjugii, dum praecedentis aboletur censura mandati.»

(a) *Oper. omn. Tom. I. pag. 74. Parisiis MDCLXIV.*

(b) *Tom. III. pag. 168.*

(c) *Cit. Tom. III. pag. 174.*

## §. XXII.

HUMBERTUS EPISCOPUS *contra Nicetam. (a)*

» Ante omnia autem comprobamus, te esse mentitum ipsi veritati  
 » in eo, quod dixisti, nostros prius ordinari, deinde uxores for-  
 » tiri. Quia apud nos nec ad subdiaconatus gradum quisquam ad-  
 » mittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conju-  
 » ge profiteatur. Nec post gradum cuiquam uxorem duce-  
 » re unquam conceditur. Sed tu Ecclesiam Dei volens efficere Sy-  
 » nagogam Sathanæ, & prostibulum Balaam & Jesabel, cum Nico-  
 » lao dicis: *Episcopum & Presbyterum & Diaconum dicimus, qui unam ha-*  
 » *bet uxorem, ordinari: quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ.*  
 » *Nec licet eos post manus impositionem inuptos esse; nec insuper ad nuptias*  
 » *ive; aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad*  
 » *ordinationem venerunt.* O abominabilis Cynice, quomodo non eru-  
 » buisti, tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post ma-  
 » nus

„ nus impositionem sine uxore esse? Si ita est, ipse Joannes Aposto-  
 „ lus & Paulus & Barnabas & omnis continens in gradu ecclesias-  
 „ tico in culpa est procul dubio. Unde necesse est, ut fururus Epif-  
 „ copus, Presbyter, Diaconus & Subdiaconus, prius uxorem sortia-  
 „ tur, quæ sibi sufficere debeat ad carnales amplexus? Nunquid  
 „ laicis non sufficit una? nisi forte discipulis maligni Muhamed,  
 „ cujus farinae totus es. Tu quoque quia Presbyter es, sine uxore  
 „ esse non debes, secundum assertiones tuas.,

(a) Apud CANISIUM *Theaur. Monument. Tom. III. Part. I. pag. 322.* Curante  
 BASNAGE Amstelodami MDCCXXV.

### §. XXIII.

S. BERNARDUS *Epist. CCIII. (a)*

„ Errat Ansellus noster, errat, cui dubium? Si dimittimus eum  
 „ sic, non solus errabit. Quantos trahet post se suo exemplo  
 „ illustrissimus juvenis? Nec modo sequaces, sed & omnes qui po-  
 „ terunt eum revocare, nec revocabunt, eodem errore judicamus  
 „ involvi. Mundus ego sum a sanguine ejus. Et ei prædixi per  
 „ epistolam, & vobis nunc dico, quia rem illicitam præsumit. Nec  
 „ clerici est, pugnare armis militaribus, nec subdiaconi uxorem du-  
 „ cere. Annuntiate peccatori opus ejus, ne ille in peccato suo mo-  
 „ riatur, sanguinem vero ejus de manu vestra requirat, qui suo  
 „ eum redemit sanguine pretioso.,

IDEM *de conversione ad cleric. Cap. XX. (b)*

„ Ingrediuntur cum hac macula tabernaculum Dei viventis, inhabi-  
 „ tant cum hac macula templum, sanctum Domini polluentes,  
 „ judicium multiplex accepturi, quod & tam gravissimas conscien-  
 „ tias gerunt, & nihilo minus sese ingerunt in sanctuarium Dei.  
 „ Tales enim non modo non placant Deum, sed & magis irritant,  
 „ dum videntur in cordibus suis dicere: Non requiret. Irritant  
 „ plane & infensum reddunt sibi, vereor ne in his, quibus eum  
 „ propitiare debuerant. Utinam magis turrim inchoaturi, sedentes  
 „ computarent, ne forte sumptus non habeant ad perficiendum. Uti-  
 „ nam qui continere non valent, perfectionem temerarie profiteri,  
 „ aut cœlibatui dare nomina vererentur. Sumptuosa liquidem tur-  
 „ ris est, & verbum grande, quod non omnes capere possunt. Ef-



„ fet autem sine dubio melius nubere, quam uri, & salvari in hu-  
 „ mili gradu fidelis populi, quam in Cleri sublimitate & deterius  
 „ vivere, & districtius judicari. Multi enim, non quidem omnes,  
 „ sed tamen multi, certum est, nec latere queunt præ multitudine,  
 „ nec præ impudentia quaerunt; multi utique libertatem, in qua vo-  
 „ cati sunt, in occasionem carnis dedisse videntur, abstinentes reme-  
 „ dio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes.,

(a) *Oper. omn. Vol. I. pag. 194.* Curante Mabillonio Parisiis MDCCXIX.

(b) *Cit. Vol. I. pag. 499.*

### §. XXIV.

RODERICUS XIMENEZ *de Reb. Hispan. Lib. III. Cap. 15. § 16.* (a)

„ Successit Sinderedus Episcopus urbis regiae primas, vir sanctimo-  
 „ niae studio clarus, & duravit usque ad tempora Roderici, &  
 „ sub isto fuit perdita civitas Tolerana. Hic viros longævos & ho-  
 „ norabiles, quos in Ecclesia Toletana repererat, post mortem sancti  
 „ Fœlicis & Gunderici decessorum suorum Zelo sanctitatis, licet non  
 „ secundum scientiam, cœpit graviter infestare, & hoc ad intinctum  
 „ Vitizæ, qui propter sui nequitiam eorum justitiam timescebat. Ve-  
 „ rum quia isti sibi in facie resistebant, propter vexationem pontifi-  
 „ cis ad Romanum Pontificem appellabant. Vitiza facinorosus ti-  
 „ mens, ne suis criminibus obviarent, & populum ab ejus obedi-  
 „ tia revocarent, dedit licentiam, immo præceptum, omnibus cleri-  
 „ cis, ut uxores & concubinas unam, & plures habere publice  
 „ juxta libitum voluptatis, & ne romanis constitutionibus, quæ talia  
 „ prohibent, in aliquo obedirent, & sic per eos populus retineretur.,

(a) Apud SCHOTTUM *Hispania illustrat. Tom. II. pag. 61. § 62.*

### §. XXV.

ARSENIUS MONACHUS *Synop. Canon. C. CII.* (a)

„ Non oportere quemquam sacris addictum, subintroductam habe-  
 „ re mulierem, sed neque post ordinationem licet Episcopo cum  
 „ propria uxore habitare, aut omnino mulierem in Episcopali domo  
 „ versari: alioqui gradu dejicitur.,

(a) Apud VOELLUM & JUSTELLUM *Biblioth. Jur. Canon. Tom. II. pag.*

772.

Sectio II



## SECTIO II

refert Summorum Pontificum epistolas, ac  
constitutiones.

### §. I.

SIRICIUS PAPA *Epist. I. Cap. VII. num. 8. 9. 10. & 11. (a)*

Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in ve-  
verandæ religionis injuriam ita per vestras provincias calca-  
tos, atque confusos, caritate tua insinuante, reperimus, ut Jere-  
miæ nobis voce dicendum sit: *Quis dabit capiti meo aquam, aut ocu-  
lis meis fontem lacrymarum? & flebo populum hunc die ac nocte.* Si ergo  
beatus Propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lacrymas  
posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum,  
qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? præ-  
cipue quibus secundum beatum Paulum, instantia quotidiana &  
solicitude omnium ecclesiarum indefinenter incumbit. *Quis enim  
infirmatur, & non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uxor? Plu-  
rimos enim sacerdotes Christi atque levitas, post longa consecra-  
tionis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de  
turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præ-  
scriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac mi-  
nistris generandi facultas legitur attributa.*

Dicat mihi nunc, quisquis ille est, sectator libidinum, præcep-  
torque vitiorum: si æstimat, quia in lege Moyli passim sacris ordi-  
nibus a Domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus commir-  
tebantur sancta sanctorum, præmonet dicens: *Sancti estote, quia &  
ego sanctus sum Dominus Deus vester?* cur etiam procul a suis domibus,  
anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? hac vi-  
delicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere com-  
mercium, ut conscientiae integritate fulgentes, acceptabile Deo  
munus offerrent. Quibus expleto deservitionis suæ tempore, uxo-  
rius usus solius successionis causa fuerat relaxatus; quia non ex  
alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præ-  
cepsum admitti.

Unde & Dominus Jesus cum nos suo illustrasset adventu, in  
Evan-



„ Evangelio protestatur, quia Legem venerit implere, non solvere.  
 „ Et ideo Ecclesiae, cujus sponsus est, formam castitatis voluit splen-  
 „ dore radiare, ut in die Judicii, cum rursus advenerit, sine macu-  
 „ la & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, repe-  
 „ rire. Quorum sanctionum omnes Sacerdotes atque levitae insolu-  
 „ bili lege constringimur, ut a die ordinationis nostrae, sobrietati ac  
 „ pudicitiae & corda nostra mancipemus, & corpora, dummodo per  
 „ omnia Deo nostro in his, quae quotidie offerimus, sacrificiis pla-  
 „ ceamus. *Qui autem in carne sunt, dicente electionis v. se, Deo placere*  
 „ *non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spi-*  
 „ *ritus Dei habitat in vobis.* Et ubi poterit, nisi in corporibus, sicut  
 „ legimus, sanctis, Dei Spiritus habitare?  
 „ Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua sanctitas revulit,  
 „ ignoratone lapsos esse se, desunt: his hac conditione misericor-  
 „ diam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in  
 „ hoc quo detecti sunt, quam diu vixerint, officio perseverent, si  
 „ tamen posthac continentem se studuerint exhibere. Hi vero, qui  
 „ illiciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant vereri hoc le-  
 „ ge concessum noverint, se ab omni ecclesiastico honore, quo in-  
 „ digni uti sunt, apostolicae Sedis auctoritate dejectos, nec umquam  
 „ posse veneranda atrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis  
 „ cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla praesentia ca-  
 „ vere nos praemonent in futurum: quilibet episcopus, presbyter,  
 „ atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inven-  
 „ tus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiae aditum intelligat  
 „ obstratum: quia FERRO NECESSE est excidantur vulnera, quae  
 „ fomentorum non senserint medicinam. „

IDEM Epist. V. num. 3. (b)

„ Praeterea, quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus,  
 „ ut sacerdotes & levitae cum uxoribus suis non coeant: quia in  
 „ ministerio, ministerii quotidianis necessitatibus, occupantur. Ad  
 „ Corinthios namque sic Paulus scribit, dicens: *Abstinetes vos, ut va-*  
 „ *retis orationi.* Si ergo laicis abstinentia imperatur, ut possint de-  
 „ precantes audiri: quanto magis sacerdos utique omni momento,  
 „ paratus esse debet, munditiae puritate securus, ne aut sacrificium  
 „ offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus fuerit carnali  
 „ concupiscentia, quid faciat? Excusabit? Quo pudore? qua mente  
 „ usur-



„ usurpabit? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit, cum  
„ dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus ni-*  
„ *hil mundum?* Qua de re horror, moneo, rogo, tollatur hoc op-  
„ probrium, quod potest jure etiam gentilitas accusare. Forte hoc  
„ creditur; quia scriptum est, *Unius uxoris virum.* Non permanen-  
„ rem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam  
„ futuram.,

IDEM *Epist. X. Cap. II. num. 5. & 6. (c)*

„ **E**t jam quidem frequenter de talibus sermo noster per plures ma-  
„ navit ecclesias, maxime de sacerdotibus, quorum meritum exi-  
„ git, ut bonorum operum suorum sint plebibus forma. Sed quan-  
„ tum intelligo, cum scriptura dicat, *Loquere ad aures audientium,* in-  
„ struendo, aures infundemus. Dum sæpe eadem repetunt, quæ  
„ neglectui habentur a singulis, vere hoc illud est, quod dictum  
„ est ad adulterum sexum, *Semper discentes, & nunquam ad scientiam*  
„ *veritatis pervenientes.* Quando enim non servatur, quod admone-  
„ tur utiliter, apostolica mandata quasi ignota contemnuntur: judi-  
„ cium tamen te his, quæ commiserunt non potest immutari. Id de  
„ sacerdotibus. Primo in loco statutum est de episcopis, presbyte-  
„ ris & diaconibus, quos sacrificiis divinis necesse est interesse, per  
„ quorum manus & gratia baptismatis traditur, & corpus Christi  
„ conficitur, quos non solum nos, sed & scriptura divina compel-  
„ lit esse castissimos, & patres quoque jusserunt continentiam cor-  
„ poralem servare debere. Qua de re non prætereamus, sed dica-  
„ mus & causam. Quo enim pudore viduæ aut virgini ausus est  
„ episcopus vel presbyter integritatem vel continentiam prædicare,  
„ vel suadere castum cubile servare, si ipse sæculo magis institit fi-  
„ lios generare, quam Deo? Adam, qui præceptum non servavit,  
„ ejectus foras paradysum caruit regno, & prævaricatorem putas pos-  
„ se ad regna cælestia pervenire? Ob quam rem Paulus dicit: *Vos*  
„ *jam non estis in carne, sed in spiritu:* & item, *Et qui habent uxores,*  
„ *ita sint, quasi non habeant?* An qui populum hortatur, & levitis &  
„ sacerdotibus blandiens, licentiam præberet opus exhibere carnale,  
„ idem ipse dicens: *Et carnis curam ne feceritis in concupiscentiis:* & alibi:  
„ *Vellem autem omnes sic esse sicut me ipsum?* Qui militat Christo, qui in  
„ sede residet magistri, qui militiæ disciplinam non potest custodire?  
„ De his itaque tribus gradibus, quos legimus in scripturis, a mi-  
„ nistris Dei munditia præcepta est observari, quibus necessitas semper

„ in



„ in promptu est. Aut enim baptisma tradendum est, aut offeren-  
 „ da sunt sacrificia. Numquid immundus ausus erit contaminare  
 „ quod sanctum est, quando quæ sancta sunt, sanctis sancta sunt?  
 „ Denique illi, qui in templo sacrificia offerebant, ut mundi essent,  
 „ toto anno in templo, solo observationis merito, permanebant, do-  
 „ mus suas penitus nescientes. Certe idololatræ, ut impietates exer-  
 „ ceant, & Dæmonibus immolent, imperant sibi continentiam mu-  
 „ liebrem, & ab escis quoque se purgari volunt; & me interrogas,  
 „ si Sacerdos Dei veri, spiritalia oblaturus sacrificia, purgatus per-  
 „ petuo debeat esse, an totus in carne carnis curam debeat facere?  
 „ Si commixtio pollutio est, utique sacerdos stare debet ad officium  
 „ cœleste præparatus, qui pro alienis peccatis est postulaturus; ne  
 „ ipse inveniatur indignus. Nam si ad laicos dicitur, *Abstinete vos*  
 „ *ad tempus, ut vacetis orationi*, & illi creaturæ utique generatione de-  
 „ serviunt, sacerdotes tale habere possunt nomen, meritum habere non  
 „ possunt. Quod si ita est, & permanet præsumptio, oportet jam  
 „ episcoporum vel presbyterorum aut diaconorum disci ne cum publi-  
 „ canorum vita sociari. (d) Quamobrem, mihi carissimi, huiusmodi  
 „ hominibus coinquinatis, & infidelibus, in quibus sanctitudo corpo-  
 „ ris per illuviem & incontinentiam videretur esse polluta, mysterium  
 „ Dei credere non oportere, veneratione religionis ipsa suadente,  
 „ moneo. Hos enim & ratio iusta secernit. Audiant certe, *Quoniam*  
 „ *caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio incorruptelam*. Et  
 „ audet presbyter aut diaconus animalium more subjacere contendere? „

(a) Apud COUSTANT *Epistol. Romanor. Pontif. Tom. I. pag. 629. Et seqq. Con-*  
*feratur DISTINCT. LXXXII. C. 3. Et 4. necnon BERARDUS de Gratian, Co-*  
*non. Part. II. Tom. I. Cap. 35. pag. 228.*

(b) Apud COUSTANT *cit. Tom. I. p. 655.*

(c) Apud COUSTANT *cit. Tom. I. p. 689. Et seqq.*

(d) De hoc sensu vid. COUSTANT *cit. Tom. I. pag. 691. lit. b.*

## §. II.

INNOCENTIUS I. *Epist. II. Cap. IX. num. 12. (a)*

„ Præterea quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ec-  
 „ clesia omni modo debet, ut sacerdotes & levitæ cum uxoribus  
 „ suis non coeant, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupan-  
 „ tur. Scriptum est enim, *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Do-*  
 „ *minus Deus vester*. Nam si priscis temporibus de templo Dei sacer-  
 „ dotes

„ dotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus,  
 „ nec domus suas omnino tangebant, quibus utique propter sobo-  
 „ lis successionem uxorius usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu  
 „ & præter ex semine Aaron ad sacerdotium nulli fuerat præceptum  
 „ accedere: quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die  
 „ ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium vel  
 „ ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sa-  
 „ crificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si Paulus ad  
 „ Corinthios scribit, dicens, *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi,*  
 „ & hoc utique laicis præcipit: multo magis Sacerdotes, quibus &  
 „ orandi & sacrificandi jure officium est, semper debent ab hu-  
 „ jusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali  
 „ concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit? aut qua con-  
 „ scientia, quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit, *Omnia*  
 „ *munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum?* Sed for-  
 „ te licere hoc credit, quia scriptum est, *Unius uxoris virum:* non  
 „ permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter futu-  
 „ ram continentiam. „

IDEM *Epist. VI. Cap. I. num. 2. 3. & 4. (b)*

„ **P**roposuisti, quid de his observari debeat, quos in diaconii mi-  
 „ nisteriis aut in officio presbyterii positos, incontinentes esse,  
 „ aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his & divinarum legum  
 „ manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Siricii episcopi  
 „ monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus  
 „ positi, omni honore ecclesiastico priventur, nec admittantur acce-  
 „ dere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est  
 „ enim vetus admodum sacræ legis auctoritas, jam inde ab initio  
 „ custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt  
 „ Sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus, puros & ab omni la-  
 „ be purgatos sibi vindicent divina ministeria: neque eos ad sacrifi-  
 „ cia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale confor-  
 „ tium, quia scriptum est: *Sancti estote, quia & ego sanctus sum Domi-*  
 „ *mus Deus vester.* Quibus utique propter sobolis successionem prop-  
 „ terea uxorius usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdo-  
 „ tium nullus fuerat præceptus accedere; quanto magis hi sacerdo-  
 „ tes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent,  
 „ quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec  
 „ præterit dies, qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis offi-

E

„cio



„cio vacent? Nam si Paulus ad Corinthios scribit dicens, *Abstinete*  
 „*vos ad tempus, ut vacetis orationi*, & hoc utique laicis præcepit, mul-  
 „to magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi jure officium  
 „est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere. Qui si  
 „contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacri-  
 „ficare usurpabit, aut qua conscientia quove merito exaudiri se  
 „credit, cum dictum sit: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem &*  
 „*infidelibus nihil mandum?*

„Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est, *unius uxoris*  
 „*virum*. Non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit,  
 „sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpo-  
 „re non admisit, qui ait, *Vellem autem omnes sic esse, sicut & ego*: &  
 „apertius declarat, dicens, *Qui autem in carne sunt, Deo placere non*  
 „*possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu: & habentem fi-*  
 „*lios*, non generantem, dixit.

„Sed ea plane dispar, & divisa sententia est. Nam si ad aliquos  
 „forma illa ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ, quæ ab episcopo  
 „Siricio ad provincias comæavit, non probabitur pervenisse, his  
 „ignorationis venia remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant  
 „abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic re-  
 „tentent, ut eis non liceat ad poriora conscendere. Quibus in be-  
 „neficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non  
 „amittunt. Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio  
 „detegerent, neque statim cupiditates libidinis abjecisse; illi sunt  
 „modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam,  
 „præponendam arbitrati sunt voluptarem.,

(a) Apud COUSTANT *cit. Tom. I. p. 752.* Conferatur BERARDUS *cit. Tom. I. Cap. 37. p. 250.* nec non DISTINCT. XXXI. C. 4.

(b) Apud COUSTANT *cit. Tom. I. p. 790 & seqq.* Conferatur BERARDUS *cit. Cap. 37. p. 253.* nec non DISTINCT. LXXX. C. 2.

### §. III.

LEO MAGNUS *Epist. LXXXII. Cap. 3. & 4. (a)*

„In Civitatibus, quarum Rectores obierint, de substituendis Epif-  
 „copis hæc forma servetur, ut is, qui ordinandus est, etiam si  
 „bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec  
 „secundæ conjugis sit maritus, aut si unam quidem habeat, vel ha-  
 „„bue-



„ buerit, sed quam sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam  
 „ excellens est electio, ut hæc quæ in aliis membris Ecclesiæ non  
 „ vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum  
 „ extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, & pro-  
 „ creationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendam ta-  
 „ men perfectæ continentiæ puritatem, ne subdiaconis quidem con-  
 „ nubium carnale conceditur, ut & qui habent, sint tanquam non  
 „ habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in  
 „ hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quan-  
 „ to magis in primo, vel secundo, terriore servandum est, ne aut  
 „ Levitico, aut Presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quis-  
 „ quam idoneus æstimetur, qui se a voluptate uxoris necdum fræ-  
 „ nasse detegitur?„

IDEM *Epist. XCII. Cap. 2. (b)*

„ Lex continentiae eadem est altaris ministris, quæ Episcopis atque  
 „ Presbyteris: qui cum essent laici, sive lectores, licite & uxores  
 „ ducere, & filios procreare potuerunt; sed cum ad prædictos per-  
 „ venerunt gradus, cæpit eis non licere, quod licuit. Unde, ut de  
 „ carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxo-  
 „ res, & quasi non habeant, sic habere, quo & salva sit charitas,  
 „ & cessent opera nuptiarum.,


(a) Conferatur BERARDUS *de Gratian. Canon. Part. II. Tom. I. Cap. 42. p. 337.*  
 nec non DISTINCT. XXXII. C.1.

(b) Conferatur DISTINCT. XXXI. C.10. BERARDUS *cit. Cap. 42. p. 327.* ad-  
 vertit: „Sane nomine *Ministrorum*, illud sententiæ Leonis conformius esse  
 videtur, ut non tantum Diaconi veniant, sed etiam Subdiaconi; etenim ait  
 idem Leo in epistola ad Anastasium Thessalonicensem, *nec subdiaconis quidem  
 connubium carnale conceditur.*

§. IV.

PELAGIUS II. *Epist. ad Florentinum Episcopum. (a)*

„ Fraternitatis tuæ relatione suscepta, ejus latorem secundas quidem  
 „ nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum  
 „ priori non servasse conjugio, designasti. Et quamvis multa sint,  
 „ quæ in hujusmodi casibus observari jubeat subtilitatis auctoritas,  
 „ tamen quia defectus temporum nostrorum, quibus non solum me-  
 „ rita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distractionis illius non



„ patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius, de quo agi-  
 „ tur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dignoscitur, ut ad  
 „ diaconatus possit ordinem provehi, temporum condescendentes, ut  
 „ dictum est, defectui, concessisse nos noveris, ita tamen, ut de mo-  
 „ ribus, & vita, vel actu ipsius tu in diem iudicii ante tribunal il-  
 „ lud terribile reddas communi domino rationem: quia sic præterita  
 „ præ angustia temporis mitigamus, ut caute atque sollicitè futuris  
 „ excessibus obviamus. Propter quod iubemus Micinam ancillam,  
 „ de qua se post uxoris transitum habere confessus est filios, neque  
 „ cum ipso manere liceat, & cuicumque monasterio continentiam  
 „ professura tua dispositione tradatur, ut meliori forte ad quod pro-  
 „ moveretur officium, sub bonæ possit famæ merito ministrare, nec  
 „ aliqua opinionis ejus maculandæ relinquatur occasio. „

(a) Apud BALUZIUM *Miscellan. Lib. V. p. m. 467.* Conferatur **DISTINCT.**  
**XXXIV. C. 7.**

### §. V.

GREGORIUS MAGNUS *Lib. I. Epist. 42. (a)*

„ Ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohi-  
 „ biti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis uxo-  
 „ ribus miscerentur. Quod mihi durum atque incomperens vide-  
 „ tur, ut, qui usum ejusdem continentiae non invenit, neque casti-  
 „ tatem ante promisit, compellatur a sua uxore separari, atque per  
 „ hoc (quod absit) deterius cadat. Unde videtur mihi, ut a præ-  
 „ senti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum fa-  
 „ cere præsumant, nisi qui se victurum caste promiserit, quatenus  
 „ & præterita mala, quæ per propositum mentis appetita non sunt,  
 „ violenter non exigantur, & futura caute caveantur. Qui vero  
 „ post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, conti-  
 „ nenter cum suis uxoribus vixerunt, laudandi, atque remuneran-  
 „ di sunt, & ut in bono suo permaneant, exhortandi. Eos autem,  
 „ qui post prohibitionem factam se a suis uxoribus continere nolue-  
 „ rint, ad sacrum ordinem nolumus promoveri: quia nullus debet  
 „ ad ministerium altaris accedere, nisi cujus castitas ante susceptum  
 „ ministerium fuerit approbata. „

IDEM *Lib. III. Epist. 34.*

„ Multorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetu-  
 „ dinem tenuisse, ut Subdiaconi suis licite miscerentur conju-  
 „ gibus.





„ gibus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, a seruo Dei,  
„ nostræ Sedis Diacono, ex auctoritate nostri Decessoris est isto mo-  
„ do prohibitorum, ut, qui jam uxoribus fuerant copulati, unum ex  
„ duobus eligerent, id est, aut a suis uxoribus se abstinere, aut  
„ certe nulla ratione ministrare præsumerent. Et quantum dicit spe-  
„ ciosus tunc Subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspen-  
„ dit officio, & usque in obitus sui tempus Norarii quidem gessit  
„ officium, & a ministerio, quod Subdiaconum oportuerat exhibe-  
„ re, cessavit. Post cujus obitum, quia ejus relicta Honorato ma-  
„ rito est sociata, a tua eam Fraternitate in Monasterio cognovi-  
„ mus esse deputatam. Ideoque, si, ut fertur, ejus se maritus ab  
„ administratione suspendit, ante dictæ mulieri non debet officere,  
„ quod ad secundam conjugii copulationem migravit, præsertim si  
„ non tali mente Subdiacono juncta est, ut a carnis voluptaribus ab-  
„ stineret. Si ergo ita se veritatem habere cognoscis, prædictam  
„ mulierem de monasterio per omnia convenit relaxari, ut ad suum  
„ maritum sine aliqua formidine possit remeare. De cætero vero  
„ tua Fraternitas sit omnino sollicita, ut quos ad hoc jam officium  
„ contigerit promoveri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne,  
„ si uxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad  
„ similitudinem Sedis Apostolicæ eos cuncta observare constituat.,

(a) Conferatur *DISTINCT. XXXI. C. 1.* nec non *BERARDUS de Gratian. Ca-  
non Part. II, Tom. II. Cap. 59. p. 74.* qui subnotat: „ Liqueat tunc tempo-  
„ ris non generaliter Subdiaconis omnibus, sed Subdiaconis tantum Roma-  
„ næ Ecclesiæ, eorumque deinde exemplo Subdiaconis Siciliæ impostam  
„ fuisse continentis legem; imo & Gregorium summa moderatione usum  
„ fuisse in ejusdem recentis legis executione; cujus disciplinæ inducendæ  
„ causa fuit, quod inciperent tunc subdiaconi ad ministeria altaris pro-  
„ prius accedere, unde paulatim factum est, ut Subdiaconatus inter sa-  
„ cros ordines recenseretur; quod ostendunt postrema illa canonis verba:  
„ *Quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cujus castitas ante*  
„ *susceptum ministerium fuerit adprobata.,*

## §. VI.

ZACHARIAS *Epist. I. (a)*

„ **T**ales a suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & pejores  
„ Tac deteriores secularibus esse noscuntur, qui se neque a forni-  
„ cationibus, neque a nefariis matrimoniis abstinere, neque ab ho-  
„ „ minum



„ minum sanguinis effusione manus servant innoxias. Quales se  
 „ esse sacerdotes existimant, aut quid inde sentiunt, dicente Deo:  
 „ Sacerdotes mei semel nubant? Et Apostolus, unius uxoris virum,  
 „ &c. & hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est. Nam a  
 „ die suscepti Sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohiben-  
 „ di sunt. Quomodo sacerdotio fungi considerant, qui talibus sce-  
 „ leribus involuti esse monstrantur, ut neque sæculares fideles his  
 „ facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non pertimescunt di-  
 „ vina ministeria contingere? aut quomodo ad orandum pro pecca-  
 „ ris populi accedere præsumunt, dum sacri Canones neque pue-  
 „ rum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis  
 „ præcipiunt? Isti enim e contrario non solum post susceptum sa-  
 „ cerdotium se abstinere ab una uxore nolunt, imo luxuria obvolu-  
 „ ti, pejora sæcularium scelera committunt, ut plures uxores habe-  
 „ re præsumant, quibus neque unam concessum est post susceptum  
 „ ministerium atrectare. „

IDEM *Cap. XI. (b)*

„ **Q**ui Clerici etiam ab uxoribus abstinere debeant, ex Concilio  
 „ Africano Capitulo XXXVII. ita continetur: Præterea cum de  
 „ Clericorum quorundam, quamvis erga proprias uxores inconti-  
 „ nentia referretur, placuit Episcopos & Presbyteros, seu Diaconos,  
 „ secundum propria statuta, etiam ab uxoribus continere: quod nisi  
 „ fecerint, ab Ecclesiastico officio removeantur. Cæteros autem Cle-  
 „ ricos ad id non cogi, sed secundum uniuscujusque Ecclesiæ Con-  
 „ fuerudinem observari debere. „

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. III. Part. I. Sess. 1. pag. 363.* Coloniae MDCXVIII.

(b) Apud HARTZHEIM *Concil. German. Tom. I. pag. 80.*

§. VII.

LEO IX. *contra epistolam Nicetæ. (a)*

„ **O**mnino confitemur, non licere Episcopo, Presbytero, Diacono,  
 „ Subdiacono propriam uxorem causa religionis abjicere a cura  
 „ sua, scilicet, ut ei victum, & vestitum largiatur, non ut cum illa  
 „ ex more carnaliter jaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egif-  
 „ se, beato Paulo Apostolo dicente: *Nunquid non habemus potestatem*  
 „ *mulierem sororem circumducendi, sicut fratres Domini & Cephas?* Vide  
 „ „ inli-



„ insipiens, quia non dixit: *Nunquid non habemus potestatem fororem  
 „ mulierem amplectendi, sed circumducendi.* Scilicet ut de mercede præ-  
 „ dicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos  
 „ carnale conjugium. „

IDEM *ibid.* (b)

„ Seriatim, & aperte prosequemur, quid sancta Romana Ecclesia  
 „ **S** in gradibus Clericorum agat. Clericos tantum, Ostiarios, Lec-  
 „ tores, Exorcistas, Acolythos, si extra votum, & habitum Mo-  
 „ nachi inveniantur, & continentiam profiteri noluerint, uxorem  
 „ ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit, non au-  
 „ tem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad  
 „ subdiaconatum provehi poterunt; quia nec laicus non virginem  
 „ fortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quod  
 „ si quis ex præfatis Ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascen-  
 „ dere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ, ut fiat de carnali  
 „ deinceps spirituale conjugium, nemine eos ad hoc cogente. Ne-  
 „ que permittitur postea uxor jungi eidem marito suo carnaliter,  
 „ nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius. „

(a) Conferatur DISTINCT. XXXI. C. II.

(b) Conferatur DISTINCT. XXXII. C. 14.

### §. VIII.

GREGORIUS VII. *Lib. II. Epist. 62.*

„ **F**raternitatis tuæ prudentiam latere non debet, neque tui ordinis  
 „ dignitatem ignorare oportet, quæ statuta, quæque decreta in  
 „ peracto Concilio præteritæ quadragesimæ consilio confratrum nos-  
 „ trorum, ac totius conventus assensu, sequentes sanctorum Patrum  
 „ auctoritatem statuimus: decrevimus enim, quod, si quis eorum  
 „ ordinum, qui sacris altaribus administrant, presbyter scilicet, dia-  
 „ conus, & subdiaconus uxorem vel concubinam habet, nisi illis  
 „ omnibus dimissis dignam pœnitentiam agant, sacris altaribus ad-  
 „ ministrare desistant, nec aliquo Ecclesiæ beneficio ulterius porian-  
 „ tur, siue potitis fruantur. „

IDEM. (a)

„ **G**regorius Papa, servus servorum Dei, per totum Italicum reg-  
 „ num & Teutonicorum, debitam sancto Petro obedientiam ex-  
 „ hibentibus apostolicam benedictionem. Si qui sunt Presbyteri,  
 „ vel



„ vel diaconi, vel subdiaconi, qui jaceant in crimine fornicationis:  
 „ interdiciamus eis ex parte omnipotentis Dei & autoritate sancti Pe-  
 „ tri introitum ecclesiæ, usque dum pœniteant & emendent. Si qui  
 „ vero in peccato suo perseverare maluerint, nullus officium eorum  
 „ auscultare præsumat: quia benedictio illorum vertitur in maledic-  
 „ tionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam;  
 „ Maledicam, inquit, benedictionibus vestris.,,

IDEM *Epist. ad Germanos.* (b)


„ Gregorius Episcopus servus servorum Dei omnibus Clericis, &  
 „ Laicis in regno Teutonicorum constitutis salutem & apostoli-  
 „ cam benedictionem. Audivimus, quod quidam Episcoporum apud  
 „ vos commorantium, aut Sacerdotes, & Diaconi, & Subdiaconi  
 „ mulieribus commisceantur, aut consentiant, aut negligant: His  
 „ præcipimus vos nullo modo obedire, vel illorum præceptis con-  
 „ sentire, sicut ipsi Apostolicæ Sedis præceptis non obediunt, ne-  
 „ que auctoritati Sanctorum Patrum consentiunt, testante divina  
 „ scriptura, facientes, & consentientes par poena complectitur. Sei-  
 „ unt namque Archiepiscopi & Episcopi terræ vestræ, quod omni-  
 „ bus fidelibus notum esse debet, quoniam in sacris canonibus pro-  
 „ hibitum est, ut hi, qui per Simoniacam hæresim, hoc est, inter-  
 „ ventu pretii ad aliquem sacrorum ordinum gradum, vel officium  
 „ promoti sunt, nullum in sancta Ecclesia ulterius ministrandi locum  
 „ habeant, nec illi, qui in crimine fornicationis jacent, missas cele-  
 „ brare, aut secundum inferiorem ordinem ministrare Altari debeant.,,

IDEM *Annoni Coloniensi Archiepiscopo.* (c)

„ Constat Ecclesiam Coloniensem inter cæteras Regni Teutonicæ  
 „ Ecclesiæ sanctæ & Apostolicæ Sedi, cui, Deo auctore, deser-  
 „ vimus, ita fide & dilectione atque obsequiis ab annis prioribus  
 „ esse devinctam, ut singulari familiaritate, & gratia caritatis apud  
 „ eam tamquam apud Matrem dulcissima filia præpolleat. Quem  
 „ benevolentia laudabilis usum ab antecessoribus nostris ad nos us-  
 „ que deductum, non solum observare, sed etiam ampliare, aug-  
 „ mentare pro rerum opportunitate & temporum modis omnibus  
 „ sum paratus. Hinc etiam, carissime frater, de obedientia tui se-  
 „ curior fiducialius adhortor, & moneo, atque communis Domini  
 „ beati Petri auctoritate præcipio, ut ad castitatem Clericorum præ-  
 „ di-



„ dicandam atque inculcandam, *juxta Patrum decreta, & auctoritatem*  
„ *canonum*, cum suffraganeis tuis omnibus studiosius accingaris, ut  
„ sponsæ Christi, quæ maculam nescit, aut rugam, candidatæ & im-  
„ maculatæ familiæ gratiosum exhibeatur officium. Novit enim fra-  
„ ternitas tua, quia præcepta hæc non de nostro sensu exsculpi-  
„ mus, *sed antiquorum Patrum sanctiones* Spiritu sancto prædicante  
„ prolatas, officii nostri necessitate in medium propalamus. Ne pi-  
„ gri servi subeamus periculum, si dominicam pecuniam, quæ cum  
„ fenore reposcitur, sub silentio abscondamus. Quamquam huic  
„ sanctæ Romanæ Ecclesiæ semper licuit, semperque licebit, contra  
„ noviter incrementos excessus nova quoque decreta atque remedia  
„ procurare. Quæ rationis & auctoritatis edita iudicio, nulli ho-  
„ minum sit fas ut irrita refutare. Urget nos etiam timor illius  
„ maledicti, quod per Salomonem depromitur, *usque ad id, quod in*  
„ *superiore Epistola ait*: Obedientia ergo est, sine qua, licet fidelis  
„ quisque videatur, infidelis esse convincitur. Sed ut ea, quæ di-  
„ lectioni tuæ injungimus, compendiosius efficaciusque prosequaris,  
„ cum fratribus, & Coepiscopis tuis *Concilium* cogere suademus: In  
„ quo, quam maximo poteris, Clericorum coetu congregato, leges  
„ canonicas, & Sedis Apostolicæ auctoritatem, tuamque & confra-  
„ trum omnium patenter promulgabis: quanta castitatis sit virtus,  
„ quamque Ecclesiasticis gradibus necessaria, seu quam sponsi vir-  
„ ginis & virginis sponsæ cubiculariis sit competens, ut Deo do-  
„ nante nosti, latius expones. Subinde firmiter pronunciabis, non  
„ ulterius tibi licere, quod in perniciem sui hætenus usurparunt;  
„ cum tolerabilius omnino sit, cessare ab officio, quam incestam  
„ vel etiam molestam suo Salvatori ingerere servitutem; & inde sibi  
„ iram coacervare atque supplicium, unde præmium debuit, emere-  
„ ri. Quod si te fideliter hæc & firmiter exequentem tribulatio ac  
„ persecutio invenerit, respice ad eum, qui dixit: *Confidite, ego vici*  
„ *mundum*. Nos quoque clypeo beati Petri munitos indubitanter  
„ noveris, seu ad repellendos hostes, si possumus, seu ad protegen-  
„ dum te, omni hora paratissimos inveniri. Illud quoque fraterni-  
„ tati tuæ notum esse volumus, contra simoniacam hæresim in Sy-  
„ nodo confirmasse (nam a sanctis Patribus longe ante statutum est)  
„ ac vehementer prohibuisse, ut neque Ecclesiæ ullatenus vendan-  
„ tur, aut pro manus impositione pretium accipiatur. Quod si hoc  
„ modo ordinatus aliquis fuerit, eum a Missæ celebratione, & Evan-  
„ gelii



„ gelii lectione omnimodis removemus, &, ut hæc diligenter ob-  
 „ ferveris, enixius admonemus. Data Romæ, quarto Kalendas Apri-  
 „ lis, Indiſtione decima tertia.

- (a) Apud MARIANUM SCOTUM *Chron. Lib. II. Ætat. VI.* relatum a JOANNE PISTORIO *Scriptor. Rev. German. Tom. I. pag. 655.* curante STRUVIO.  
 (b) Apud BERARDUM *de Gratian. Canon. Part. II. Tom. II. Cap. 84. pag. 421.*  
 (c) Apud HARTZHEIM *Concil. German. Tom. III. pag. 177.*

### §. IX.

URBANUS II. *in Melpbienſi Synodo Cap. 3. (a)*

„ Nemo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo,  
 „ aut probatæ ſit caſtitatis, & qui uſque ad Subdiaconatum uni-  
 „ cam & virginem uxorem habuerit.

IDEM *ibid. Cap. 2. (b)*

„ Sacrorum canonum inſtituta renovantes præcipimus, ut a tem-  
 „ pore ſubdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere:  
 „ quod qui depreheſus fuerit, ordinis ſui periculum ſuſtinebit.

IDEM *ibid. Cap. 13. (c)*

„ Eos qui poſt ſubdiaconatum uxoribus vacare volunt, ab omni  
 „ ſacro ordine removemus, officioque, arque beneficio Eccleſiæ  
 „ carere decernimus. Quod ſi ab Epifcopo commoniti non ſe cor-  
 „ rexerint, principibus indulgemus licentiam, ut eorum fœminas  
 „ mancipient ſervituti. Si vero Epifcopi conſenſerint eorum pravi-  
 „ tatibus, ipſi officii interdictione mulcentur.

(a) Conferatur DISTINCT. XXXII. C. 12.

(b) Apud ANTONIUM AUGUSTINUM *Jur. Pontif. veter. Epitom. Lib. VII. Tit. XVII. Cap. 2.*

(c) Conferatur DISTINCT. XXXII. C. 10.

### §. X.

CALLISTUS II. *in Concilio Lateranenſi Cap. 3. (a)*

„ Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinas ha-  
 „ bere, ſeu matrimonia contrahere, penitus interdiciamus: con-  
 „ tracta quoque matrimonia ab hujusmodi perſonis diſjungi, &  
 „ perſonas ad pœnitentiam redigi debere, juxta ſacrorum canonum  
 „ diſſinitiones judicamus.

IDEM

IDEM in Concilio Romano Cap. 3. (b)

„ Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus concubinarum, & uxorum contubernia penitus interdiciamus, & aliarum mulierum cohabitationes, præter quas Synodus Nicæna propter solas necessitudinum causas habitare permisit: videlicet, matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias hujusmodi, de quibus nulla juste valeat oriri suspicio.,

(a) Conferatur DISTINCT. XXVII. C. 8.

(b) Apud ANTONIUM AUGUSTINUM cit. Lib. VII. Tit. XVIII. Cap. 4.

§. XI.

INNOCENTIUS II. in Concilio Romano Cap. 6. (a)

„ Decernimus, ut ii, qui in ordine subdiaconatus, & supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum, vasa Domini, & sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dici, indignum est, eos cubilibus & immunditiis deservire.,

IDEM *ibid.* Cap. 7. (b)

„ Ut lex continentiae, & Deo placens munditia in ecclesiasticis personis, & sacris ordinibus dilaterur, statuimus, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, Monachi, atque conversi professi, qui sanctum transgredientes propositum, uxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam poenitentiam agant. Id ipsum quoque de Sanctimonialibus foeminis, si, quod absit, nubere attentaverint, observari decernimus.,

(a) Conferatur DISTINCT. XXVIII. C. 2. nec non CHRISTIANUS LUPUS Synodor. General. Tom. III. Dissertat. I. Cap. 8. p. m. 53.

(b) Conferatur CAUSS. XXVII. Quæst. I. C. 40. BERARDUS de Gratian. Canon. Part. II. Tom. II. Cap. ult. pag. 473. inde elicit: „ Sollicitudo quam maxima Innocentiae Papæ in Clericorum moribus jam diu corruptis reformatis, ut tandem os obstrueretur Arnaldistis, Clerum universum insimulantibus, & res ipsas Ecclesiarum invadentibus, quarum possessione indignos viros ecclesiasticos adfirmabant? Imitatus jam fuerat in hac parte Innocentius vigilantiam Prædecessorum suorum, qui similes passim constitutiones ediderant.,



## §. XII.

EUGENIUS III. *in Synodo Remensi Cap. 7. (a)*

„ Quia vero continentia, & Deo placens munditia in Ecclesiasti-  
 „ cis personis & sanctis ordinibus dilatanda est, sanctorum Pa-  
 „ trum, & Prædecessoris nostri Papæ Innocentii vestigiis inhæren-  
 „ tes statuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, subdiaconi, regula-  
 „ res Canonici, monachi, atque conversi professi, qui sacrum trans-  
 „ gredientes propositum, uxores sibi copulare præsumperint, se-  
 „ parentur: hujusmodi namque copulationem, quam contra eccle-  
 „ siasticam rationem constat esse contractam, matrimonium non ef-  
 „ se censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessi-  
 „ bus condignam pœnitentiam agant. Id ipsum quoque de Sancti-  
 „ monialibus, si, quod absit, nubere tentaverint, observari præci-  
 „ pimus. „

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. III. Part. II. pag. 506.* & CHRISTIANUM LUPUM *cit. pag. 53.*

## §. XIII.

ALEXANDER III. *Cantuariensi Episcopo. (a)*

„ Si qui clericorum infra subdiaconatum acceperint uxores, ipsos  
 „ ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores  
 „ districtione Ecclesiast: compellatis: Sed si in Subdiaconatu & aliis  
 „ superioribus Ordinibus uxores accepisse noscuntur, eos uxores  
 „ dimittere, & pœnitentiam agere de commisso, per suspensionis &  
 „ excommunicationis sententiam compellere procuretis. „

IDEM *Hervordiensis Episcopo. (b)*

„ Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in conjugio constitu-  
 „ ti, diu Ecclesiastica Beneficia ex concessione prædecessorum tuo-  
 „ rum habuerunt, a quibus sine magno discrimine, ac effusione  
 „ sanguinis non possunt privari: s. r. id duximus respondendum, ut,  
 „ quia ibi natio, & gens barbara, & multitudo in causa est, eos  
 „ sub dissimulatione sustineas, ecclesiastica beneficia tam diu habita  
 „ possidere, & provideas attentius, ne deinceps clericus conjugatus  
 „ ad ecclesiastica beneficia vel sacros Ordines, aut administrationes  
 „ ecclesiasticas admittatur, nisi forte castitatem voveret perpetuam,  
 „ & qui unicam & virginem habuisset uxorem. „

IDEM





## IDEM (c)

„ Sane sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ,  
„ sed contubernia sunt potius nuncupanda, post longam pœni-  
„ tentiam, & vitam laudabilem, continentibus officio suo restitui po-  
„ terunt, & ejus executionem ex indulgentia sui Episcopi habere. „

(a) *Cap. 1. X. de cleric. conjugat.*

(b) *Cap. 2. eod. GONZALEZ TELLEZ in Not. in cit. Cap. 2. lit. a. monet:*  
„ Herfordiensis autem Ecclesia est in Anglia, ut jam notavi in *Cap. 2. de*  
„ *tempor. ordin.* Unde constat, hanc decisionem esse referendam ad pro-  
„ vinciam Angliæ, ubi temporibus Alexandri III. jam corruptela invalue-  
„ rat, ut clerici uxores simul, & beneficia retinerent. „


(c) *Cap. 4. eod. Iterum laudatus GONZALEZ TELLEZ in Not. in cit. Cap. 4.*  
*lit. a. observat:* „ Ita etiam habetur in secunda collectione, *sub hoc tit. Cap.*  
„ *1.* ubi additur pars capituli *causam*; sed, cum varii sint textus hujus  
„ Pontificis, cum hoc principio, *causam*, non facile potest ejus integra  
„ restitui, nec vera inscriptio assignari. „

## §. XIV.

## INNOCENTIUS III. in Concilio generali. (a)

„ Ut clericorum mores & actus in melius reformatur, continen-  
„ ter & caste vivere studeant universi, præsertim in sacris or-  
„ dinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcaverentes, maxime  
„ illo, propter quod venit ira Dei in filios diffidentia, quatenus in  
„ conspectu omnipotentis Dei puro corde ac mundo corpore va-  
„ leant ministrare. Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat de-  
„ linquendi, statuimus, ut qui comprehensi fuerint incontinentiæ  
„ vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur se-  
„ cundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præci-  
„ pimus observari: ut quos divinus timor a malo non revocat,  
„ temporalis saltem pœna cohibeat a peccato. Si quis igitur hac  
„ de causa suspensus, præsumpserit celebrare divina, non solum  
„ ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro duplici culpa  
„ perpetuo deponatur. Prælati vero, qui tales præsumpserint in  
„ suis iniquitatibus sustinere, maxime obrentu pecuniæ, vel alterius  
„ commodi temporalis, pari subjaceant ultioni. Qui autem secun-  
„ dum regionis suæ morem non abdicarunt copulam conjugalem,  
„ si lapsi fuerint, gravius puniantur: cum legitimo matrimonio uti  
„ possint. „

IDEM



IDEM *Lib. 1. Epist. 469. (b)*

„ Quidam clerici tuæ diocesis manifeste dicuntur doctrinæ Apostoli obviare: qui candorem ecclesiasticæ puritatis, quæ sine  
 „ omni ruga & macula esse debet, & omne, quod est irreprehensibile, sibi eligit, suis spurcitiis depravantes, & dantes offensionem  
 „ in populo, ministerium suum in vituperium damnosa præsumptione convertunt. Quidam etenim ex ipsis in Diaconatus & Subdiaconatus ordine constituti, uxores sibi (si tamen uxores sunt  
 „ nominandæ) contra instituta canonica, ut dicitur, copularunt: qui postmodum dignitates ecclesiasticas assecuti, curæ student domesticæ potius, quam ecclesiasticæ imminere. Volentes igitur id per  
 „ tuæ fraternitatis industriam emendari, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, quatenus si prædicti clerici ad commonitionem tuam mulieres ipsas non profusus ejecerint, & de tanto excessu satisfecerint congruenter, licitum tibi sit, ipsos auctoritate nostra ecclesiasticis redditibus, remoto appellationis obstaculo, spoliare. „

- (a) *Cap. 13. X. de vita & honest. clericor.* Hujus Capituli finem VIVIANUS, *Rational. Jur. Pontif. Lib. III. Tit. I. Cap. 13. v. Et severius*, ita exponit: „ Ut poeua sit commensurabilis delicto, & ne facilitas veniæ incertivum tribuat delinquendi, clerici isti adulterantes, & alias contra eorum  
 „ matrimonium peccantes, severius puniuntur, *ut in tex. & c. presb. dist. 82.* Tales autem sunt clerici orientales, qui ante sacros Ordines matrimonium contrahunt, & post illos, matrimonio jam contracto utuntur. *C. cum olim de cler. conjug. & S. Thom. part. 3. q. 53. art. 3. in addit:* Et clerici conjugati etiam Ecclesiæ Occidentalis, qui matrimonium contrahunt in minoribus ordinibus existentes, licet isti ad ordines sacros non promoveantur. „
- (b) Apud BALUZIUM *Epist. Innocent. III. Tom. I. pag. 272.*



Sectio III

## SECTIO III

*fiſtit Conciliarum canones, ac decreta.*

### §. I.

#### APOSTOLORUM CANON XXV. (a)

” Ex his, qui cœlibes in Clerum pervenerunt, jubemus, ut lectores tantum, & cantores, ſi velint, nuptias contrahant.

(a) Ita editio Corporis Juris Canonici, quam BOEHMERUS *Corp. Jur. Canon. Tom. I. pag. 1231.* retinuit. Apud ZONARAM in *Can. Ss. Apoſt. Canon. XXVI.* eſt, qui habet: *Ex non conjugatis ad clerum eveſtis conjuges accipere volentibus, permittimus hoc lectoribus, & cantoribus ſolis.* Apud BINIUM *Concil. Tom. I. Part. I. pag. 7.* & GONZALEZ TELLEZ in *Comment. in Cap. I. X. de vita & honeſt. cler. Canon. XXVII.* eſt, qui habet: *Innuptis autem, qui ad clerum provecſi ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant, ſed lectores, cantoresque tantummodo.* Huic concordat editio Canonum Apoſtolorum Moguntina de anno 1535. PITHOEUS in *Cod. Canon. pag. 12.* nec non HARTZHEIM *Concil. German. Tom. I. pag. 133.* BEVEREGIO in *Cod. Canon. Eccles. primitiv. Lib. I. Cap. V. §. 6.* (\*) ruruſum eſt canon viceſimus ſextus, qui habet: *Ex his, qui non duſta uxora ad Clerum promoti ſunt, jubemus, ſi velint, uxores ducere lectores & cantores ſolos.* De horum Canonum prima origine, antiquitate, collectione, renovatione ac confirmatione fuſius agit laudatus BEVEREGIUS *cit. Lib. I. Cap. II. III. & IV.*

(\*) Apud COTELERIUM *Sr. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, Oper. Vol. II. Part. II. pag. 25.*

### §. II.

#### CONCILIUM ELIBERITANUM *Can. XXXIII.* (a)

” Placuit in totum prohiberi Episcopis, Presbyteris, & Diaconib.  
” vel omnibus Clericis poſitis in Monasterio abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare filios; quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminerur.

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. I. Part. I. pag. 195.* Conferatur ANTONIUS AUGUSTINUS *Jur. Pontif. veter. Epit. Lib. VII. Tit. XVII. Cap. 10.*

§. III.



## §. III.

CONCILIIUM ANCYRANUM *Canon. IX, vel X. (a)*

„ **D**iaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes: velle se habere uxores, nec posse se continere; hi si postea ad nuptias venerint, maneat in ministerio propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debent. „

(a) *DISTINCT. XXVIII. C. 8. Et apud BINIUM cit. Part. I. pag. 228. VOELLIUM & JUSTELLUM Biblioth. Jur. Canon. Tom. I. pag. 278. & PITHOEUM in Cod. Canon. pag. 51. ÆNEAS Parisiensis Episcopus apud LUPUM Synod. General. Tom. III. Dissert. I. Cap. 1 pag. 7. legit: „Diaconi quoque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes: velle se habere uxores, neque posse se continere, hi postea si ad nuptias convenerint, maneat in clero tantum, & a ministerio abjiciantur. Quicumque vero tacuerint, & susceperint manus impositionem, professi continentiam, & postea ad nuptias convenerint, a ministerio vel clero cessare debent, laicam tantum communionem recipientes. „*

## §. IV.

CONCILIIUM NEOCÆSAREENSE *Cap. I. (a)*

„ **P**resbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. „

(a) *Apud BINIUM cit. Part. I. pag. 234. VOELLIUM, & JUSTELLUM Tom. I. pag. 281. & PITHOEUM cit. Cod. pag. 56. Conferatur LUPUS cit. Dissert. I. Cap. II. pag. 69.*

## §. V.

SYNODUS ROMANA II. sub SYLVESTRO *Cap. XIX. (a)*

„ **N**emo enim presbyter a die onus presbyterii sumat conjugium, ut si quis neglecto exierit, duodecim annis eum dicimus privari honore. Quod si quis contra hunc cirographum presentem ac publice egerit dictum, condemnetur in perpetuum.

(a) *Apud*

- (a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 260. lit. i.* notantem, vix integrum verum inveniri, in quem mendum non irreperit. Consulatur BERARDUS *de Gratian. Canon. Part. I. Cap. VI.* qui totum concilium inter apocrypha monumenta recenset.

## §. VI.

### CONCILIIUM ARELATENSE II. *Cap. II. (a)*

- „ **A**ssumi aliquem ad Sacerdotium in conjugii vinculo constitutum  
 „ non oportet, nisi fuerit promissa conversio. „

### IDEM *Cap. III. (b)*

- „ **S**i quis clericus a gradu diaconatus, in solatio suo mulierem,  
 „ præter aviam, matrem, sororem, filiam, neprem, vel conver-  
 „ sam secum uxorem habere præsumpserit, a communione alienus  
 „ habeatur. Par quoque, & mulierem: (si se separare noluerit)  
 „ poena percellat. „

- (a) DISTINCT. XXVIII. C. 6. & apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 564.* De tempore hujus Concilii conferantur laudatus BINIUS *cit. Part. I. pag. 566.* & BERARDUS *de Gratian. Canon. Part. I. Cap. 4. pag. 47.*

- (b) Apud BINIUM *cit. Pag. 564.*

## §. VII.

### CONCILIIUM TAURINENSE *Cap. VII. (a)*

- „ **H**i autem, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in minis-  
 „ terio genuerunt filios, ne ad majores gradus ordinum per-  
 „ mittantur, Synodi decrevit authoritas. „

- (a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 568.* & HARDUINUM *Concil. Tom. I. Column. 886.*

## §. VIII.

### CONCILIIUM CARTHAGINENSE II. *Can. III. (a)*

- „ **A**urelius Episcopus dixit: Cum præterito concilio de continen-  
 „ tia, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, qui  
 „ constrictione quadam castitatis per consecrationes adnexi sunt:  
 „ Episcopos, inquam, presbyteros & diaconos, ita complacuit, ut  
 „ condecet sacros antistites, ac Dei sacerdotes, nec non & Levitas,  
 „ vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentibus esse in omni-  
 „ bus,

G

„ bus,



„ bus, quo possint simpliciter, quod a Domino postulant, impetra-  
 „ re, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos  
 „ quoque custodiamus.,,

IDEM *Can. IV.*

„ Faustinus Episcopus Ecclesiae Potentinæ, provinciæ Picensi, lega-  
 „ tus Romanus Ecclesiae, dixit. Placet, ut Episcopus, presby-  
 „ ter, & diaconus, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiae custo-  
 „ des ab uxoribus se abstineant. Ab universis Episcopis dictum est:  
 „ placet, ut in omnibus pudicitia custodiatur, qui altari inserviunt.,,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 571.* VOELLIUM & JUSTELLUM *cit. Tom. I. pag. 335.* PITHOEUM *cit. Cod. pag. 132.* & BERARDUM *cit. Part. I. Cap. 15. pag. 176.* Conferatur DISTINCT. LXXXIV. C. 3. Contra editio correctæ apud SCHELSTRATE *de Ecclesia Africana Dissert. III. Cap. IV. Can. II.* habet: „ Epigonius Episcopus Bullensium Reginorum dixit: cum in præterito Concilio, de continentiae & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres; qui constrictione quadam castitati per consecrationes annexi sunt, Episcopus, inquam, Presbyter, & Diaconus, tractatu pleniore, ut pudicitiam custodiant, doceantur. Genethlius Episcopus dixit: ut superius dictum est, decet sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, nec non & levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus: quo possint simpliciter, quod a Deo postulant, impetrare: ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis Episcopis dictum est: omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiae custodes, etiam ab uxoribus se abstineant: ut in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deserviunt.,,

§. IX.

CONCILIIUM CARTHAGINENSE III. *Cap. XIX. (a)*

„ Placuit, ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur  
 „ aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.,,

IDEM *Cap. XXV. (b)*

„ Ut clerici vel continentes, ad viduas, vel virgines, nisi jussu  
 „ vel permisso Episcoporum aut Presbyterorum, non accedant.  
 „ Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his, cum quibus  
 „ Episcopus jusserit vel presbyter. Nec ipsi Episcopi aut presbyteri  
 „ soli habeant accessum ad hujusmodi foeminas, nisi aut clerici  
 „ praesentes sint, aut graves aliqui Christiani.,,

(a) Apud

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 575.* & LUPUM *cit. Dissertat. I. Cap. 3. pag. 26.* Conferatur DISTINCT. LXXXI. C. 32. & BERARDUS *cit. Cap. 15. pag. 180.*

(b) Alterius editionis Canon XXV. apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 580.* sonat. „ Aurelius Episcopus dixit: Addimus fratres charissimi præterea, „ cum de quorundam clericorum, quamvis lectorum, erga uxores pro- „ prias incontinentia referretur, placuit, quod & in diversis conciliis fir- „ matum est, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi & „ presbyteri, sed & Episcopi secundum priora statuta etiam ab uxoribus „ se contineant: ut tanquam non habentes videantur esse: quod nisi fece- „ rint, ab ecclesiastico removeantur officio. Cæteros autem clericos ad „ hoc non cogi, nisi maturiori ætate. Ab universo Concilio dictum est, „ quæ vestra sanctitas est iuste moderata, & sancta & Deo placita sunt, „ confirmamus.,

## §. X.

### CONCILIIUM CARTHAGINENSE V. *Can. III. (a)*

„ Præterea cum de quorundam clericorum, quamvis erga uxores „ proprias, incontinentia referretur, placuit Episcopos & pres- „ byteros, & diaconos secundum propria statuta, etiam ab uxori- „ bus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur „ officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum „ uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem observari debere.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 593.* VOELLIUM & JUSTELLUM *cit. Tom. I. pag. 143.* PITHOEUM *cit. Cod. pag. 136.* & LUPUM *cit. Cap. 3. pag. 20.* Conferatur DISTINCT. XXXII. C. 13. & BERARDUS *cit. Cap. 15. pag. 202.*

## §. XI.

### CONCILIIUM TOLETANUM I. *Can. I. (a)*

„ Placuit, ut Diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis „ vitæ, etiam si uxores habeant, in ministerio constituentur: ita „ tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos „ Episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus suis vixe- „ rint, Presbyterii honore non cumulentur. Si quis vero ex pres- „ byteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad Epif- „ copatum non permittatur.,



(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 597.* & HARDUINUM *Concil. Tom. I. Column, 990.*

### §. XII.

CONCILIIUM AFRICANUM *sub Bonifacio & Caelestino Cap. XXXVII. (a)*

„ Præterea cum de quorundam clericorum, quamvis erga uxores  
 „ proprias incontinentia referretur: placuit, Episcopos & pres-  
 „ byteros & diaconos, secundum priora statuta, etiam ab uxoribus  
 „ continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur offi-  
 „ cio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum  
 „ uniuscujusque Ecclesiæ consuetudinem observari debere. „

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 749.* PITHOEUM *cit. Cod. pag. 152.* & HARTZHEIM *Concil. Germ. Tom. I. pag. 216.*

### §. XIII.

CONCILIIUM ARAUSICENSE *Cap. XXII. & XXIII. (a)*

„ Sedit præterea, ut deinceps non ordinentur Diacones conjugati,  
 „ nisi, qui prius, conversionis proposito, professi fuerint castitatem.  
 „ Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam cum  
 „ uxore sua incontinens invenitur, ab officio abjiciatur. „

(a) Apud BINIUM *cit. Tom. I. Part. II. pag. 499.* & HARDUINUM *Concil. Tom. I. Column. 1786.*

### §. XIV.

CONCILIIUM VENETICUM *Can. XI. (a)*

„ Presbyteri, diaconi, atque subdiaconi vel deinceps, quibus du-  
 „ cendi uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evi-  
 „ tent convivia, ne his cœtibus misceantur, ubi amatoria cantantur  
 „ & turpia, aut obscœni motus corporis, choris & saltibus efferun-  
 „ tur, ne auditis & obtutus sacris mysteriis deputati, turpium  
 „ spectaculorum atque verborum contagio polluantur. „

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. II. Part. I. pag. 421.* & HARDUINUM *Concil. Tom. II. Column. 798.*

### §. XV.






## §. XV.

CONCILIIUM TURONICUM I. *Cap. I. (a)*

„ **P**rimo ergo loco, sacerdotes vel ministri Ecclesiæ, de quibus  
„ dictum est, *Vos estis lux mundi*, ita in omni sancta conversa-  
„ tione a Dei timore actus suos dirigant, ut & divinæ possint pla-  
„ cere clementiæ, & bonum fidelibus præbeant exemplum: quia fi-  
„ cut vae eis interminatur, per quos nomen Dei blasphematur, ita  
„ illi immortalitatis gloriam consequentur, per quorum actus no-  
„ men Dei benedicitur. Si enim *universis fidelibus*, secundum apos-  
„ tolicam doctrinam, castitas custodienda indicitur, ut qui habent  
„ uxores ita sint, quasi non habentes: quanto magis sacerdotes Dei,  
„ ac levitæ divino mancipati altari, custodire debent, ut non solum  
„ cordis, verum etiam corporis puritatem servantes, pro plebe sup-  
„ plicaturi, preces illorum ad divinum mereantur introire auditum?  
„ quia secundum auctoritatem Apostoli, qui in carne sunt, Deo  
„ placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spi-  
„ ritu. Et iterum: Omnia munda mundis, coinquinatis autem &  
„ infidelibus nihil est mundum: sed polluta est eorum & mens &  
„ conscientia. Cum ergo laico abstinencia imperetur, ut possit ora-  
„ tioni vacans, & Deum deprecans, exaudiri: quanto magis sacer-  
„ dotibus vel levitis, qui omni momento parati esse debent in om-  
„ ni munditia & puritate, securi, ne aut sacrificium offerre, aut  
„ baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur imparati  
„ aut immundi? Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia,  
„ qua fronte excusabunt, quo pudore usurpabunt, qua conscientia,  
„ quo merito exaudiri se credent? „

IDEM *Cap. II.*

„ **E**t licet a patribus nostris e commissa auctoritate id fuerit con-  
„ stitutum, ut quicumque sacerdos vel levita, filiorum procrea-  
„ tioni operam dare fuisset convictus, a communione dominica ab-  
„ stineret; nos tamen huic distriktioni moderationem adhibentes, &  
„ justa constitutione mollientes, id decrevimus, ut sacerdos vel le-  
„ vita conjugali concupiscentiæ inhærens, vel a filiorum procreatio-  
„ ne non delinens, ad altiorem gradum non conscendat, neque sa-  
„ crificia Deo offerre, vel plebi ministrare præsumat. Sufficiat his  
„ tantum, ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut hæc va-  
„ „ leant



„ leant observare, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi,  
 „ Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.  
 „ Et quam gravi ebrietas supplicio expietur, eadem Apostolica ma-  
 „ nifestat doctrina, inter cætera dicens: neque fornicatores, neque  
 „ idolis servientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros. Si quis  
 „ vero in omni officio clericali Deo militans, ab ebrietate se non  
 „ abstinere, secundum status sui ordinem competens in eum vindicta  
 „ tribuatur.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 444.* & HARDUINUM *cit. Tom. II. Columnn. 793. & 794.*

## §. XVI.

### CONCILIIUM AGATENSE *Can. XXXIX. (a)*

„ Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi  
 „ uxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum evitent  
 „ convivia: nec his cœtibus misceantur, ubi amatoria cantantur &  
 „ rursus, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus ef-  
 „ feruntur: ne auditus aut obtutus sacris mysteriis deputati turpium  
 „ spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.,

(a) DISTINCT. XXXIV. *Can. 19. & apud BINIUM cit. Part. I. pag. 556, & HARDUINUM cit. Tom. II. Columnn. 1002.*

## §. XVII.

### CONCILIIUM GERUNDENSE *Can. VI. (a)*

„ De conversione vitæ id statuere placuit, a Pontifice usque ad  
 „ subdiaconum, post suscepti honoris officium, si qui ex con-  
 „ junctis fuerint ordinati, ut sine conjugate habitent: quod si habi-  
 „ tare voluerint, alterius fratris utatur auxilium, cujus testimonio vi-  
 „ ta ejus debeat clarior apparere.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. pag. 618.* Edit. secundæ & HARDUINUM *cit. Tom. II. Columnn. 1044.*

## §. XVIII

### CONCILIIUM AURELIANENSE III. *Can. II. (a)*

„ Ut nullus clericorum, a subdiacono & supra, & quos uxores  
 „ in proposito suo accipere inhietur, propriæ, si forte jam  
 „ ha-

» habeat, misceatur uxori. Quod si fecerit, laica communione con-  
 » tentus, juxta priorum Canonum statuta ab officio deponatur.  
 » Quem si sciens Episcopus suus in hac vilitate permixtionis viven-  
 » tem, ad officium postea admiserit, & ipse Episcopus ad agendam  
 » pœnitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus.»

(a) Apud BINIUM *cit.*, Tom. II, Part. II, pag. 27. & AUGUSTINUM *Jur.*  
*Pontif. vet. Epit. Lib. VII, Tit. XXVII, Cap. 17.*

### §. XIX.

#### CONCILIIUM ARVERNENSE *Can. XII.* (a)

» Cum presbyteri atque diaconi, sublimi dignitatis apice præro-  
 » gentur, actibusque omnino seculi renuntient, & ad sacrum  
 » ministerium electi, repudient, & quisquis est presbyter atque dia-  
 » conus, divino munere benedictione percepta, uxoris suæ prius,  
 » frater ilico efficiatur ex conjugē: attamen quosdam reperimus ar-  
 » dore libidinis inflammatos abjecto militiæ cingulo, vomitum pris-  
 » tinum & inhibita rursus conjugia reperisse, atque incesti quodam-  
 » modo crimine clarum decus sacerdotii violasse, quod nati etiam  
 » filii prodiderunt. Quod quisquis fecisse, cognoscitur, omni in  
 » perpetuum, quam admisso jam, crimine perdidit, dignitate pri-  
 » vabitur.»

(a) Apud BINIUM *cit.*, Part. II, pag. 32. & AUGUSTINUM *cit.*, Tit. XVII.  
*Cap. 18.*

### §. XX.

#### CONCILIIUM AURELIANENSE IV. *Can. XVII.* (a)

» Ut Sacerdotes sive diaconi, cum conjugibus suis non habeant  
 » communem lectum, & cellulam, ne propter suspicionem car-  
 » nalis consortii religio maculetur. Quod si fecerint, juxta præfatos  
 » canones ab officio degradentur.»

(a) Apud BINIUM *cit.*, Part. II, pag. 36. & HARDUINUM *cit.*, Tom. II, Co-  
*lumn. 1438.*

### §. XXI.

#### CONCILIIUM AURELIANENSE V. *Can. IV.* (a)

» Si quis clericus post acceptam benedictionem cujuslibet loci vel  
 » ordinis, ad conjugalem thorum, jam sibi illicitum, denuo re-  
 » dire



„ dire præsumperit, usque in diem vitæ ab honore accepti ordinis,  
 „ &, sicut habent antiquorum Patrum canones, ab officio deponatur,  
 „ ei tantummodo communionem concessa.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 38.* & AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII, Cap. 21.*

## §. XXII.

### CONCILIUM TURONENSE II. *Cap. XIII (a)*

„ Episcopus conjugem, ut sororem, habeat: & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaqua ratione confurgat. Et licet, Deo propitio, Clericorum suorum testimonio castus vivat, quia cum illo tam in cella, quam ubicunque fuerit, secum habitent, eumque Presbyteri, & Diaconi vel deinceps clericorum turba juniorum, Deo adiutore, conservent: sic tamen propter zelum Deum nostrum, tam longe absint, mansionis propinquitate divisi, ut nec hi, qui ad spem recuperandam Clericorum servitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.,

### IDEM *Cap. XX.*

„ Archipresbyteri vicani, & Diaconi, & Subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur a populo, quod cum conjugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit observare, ut quotiescunque Archipresbyter seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lector canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio. Septem tamen inter subdiaconos & lectores vel laicos habeat concessos, qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent: & qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc Presbyter negligens inventus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus communionem privetur, donec pœnitentiam agat, & sic revertatur ad gratiam. Reliqui Presbyteri, & Diaconi ac subdiaconi vicani, hoc studiose custodiant, ut mancipiola sua ibi maneant, ubi uxores suæ: illi tamen segregati solitarii in cella jaceant, & orent, & dormiant. Nam qui uxores non habent, in parte de mancipiis suis habeant cellulas segregatim, ubi & ipsi itidem & orent  
 „ se.

§, segregati & dormiant. Nam si inventus fuerit presbyter cum  
 „ sua presbytera, aut Diaconus cum sua Diaconissa, aut Subdiaconus  
 „ cum sua Subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur,  
 „ & depositus ab omni officio clericali, inter laicos se ob-  
 „ servare cognoscat: eo tamen permisso, ut inter lectores in psal-  
 „ lentium choro colligatur. Illi vero Archipresbyteri, qui talem  
 „ cautelam super juniores suos habere noluerint, & non eos ha-  
 „ buerint studio distringendi, ab Episcopo suo in civitate retru-  
 „ dantur in cellam, ibique mense integro panem cum aqua man-  
 „ ducent, & pœnitentiam agant pro sibi credito clero: quia nulli  
 „ clericorum, juxta sententiam canonum, cum conjugē suā manere  
 „ permittitur. „

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 227. & seqq.* & HARDUINUM *Concil. Tom. III. Column. 360. & 362.*

### §. XXIII.

#### CONCILIIUM MATISCONENSE I. *Cap. XI. (a)*


„ Episcopi, presbyteri, vel universi honoratiorēs clerici, cum su-  
 „ blimi dignitatis apice sublimentur, actibus omnino renuncient  
 „ seculi, & sacro electi ministerio, repudient carnale consortium,  
 „ ac permixtionis pristinae contubernium permurent germanitatis  
 „ affectu &, quisquis ille est, divino munere benedictione percep-  
 „ ta, uxori prius suae frater ilico efficiatur ex conjugē. Eos vero,  
 „ quos reperimus ardore libidinis inflammatos, abjecto religionis  
 „ cingulo, ad vomitum pristinum & inhibita rursus conjugia rediisse,  
 „ atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotii vio-  
 „ lasse, quod nati etiam filii prodiderunt; quod qui fecisse cognos-  
 „ citur, omni in perpetuum, quam admissō jam crimine perdidit,  
 „ dignitate privabitur. „

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 263.* & AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII. Cap. 24.*

### §. XXIV.

#### CONCILIIUM LUGDUNENSE II. *Can. I. (a)*

„ Multa quidem anterioribus temporibus venerabilium patrum  
 „ sanxit autoritas: nunc tamen, quia crescente, Deo propitio,  
 H „ fide,



„ fide, oportet in clero, vel populo Catholico meliora salubri pon-  
 „ tificum consilio renovari: idcirco beatissimorum patrum statuta re-  
 „ miniscentes, hujus rituli definitione sancimus, ut nullum cleri-  
 „ cum, ab ordine sancto Antistitis usque ad subdiaconi gradum,  
 „ mulierem, præter matrem, amitam, & sororem, in hospitio suo  
 „ habere liceat. Placuit etiam, ut si quicumque uxoribus juncti, ad  
 „ diaconatus aut presbyteratus ordinem quoquo modo pervenerint,  
 „ non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de  
 „ uxoribus suis sequestrari. Quod si, quod Deus avertat, de eo-  
 „ rum familiari contubernio post acceptam benedictionem infans na-  
 „ tus paruerit, ab officii gradu priveretur.„

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 265.* & HARDUINUM *cit. Tom. III, Column. 353.*

### §. XXV.


#### CONCILIIUM TOLETANUM III. *Can. V. (a)*

„ Compertum est a sancto Concilio, episcopos, presbyteros, &  
 „ diaconos venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio uxori-  
 „ bus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quod &  
 „ canonibus prioribus terminatur, ut non liceat eis vivere libidino-  
 „ sa societate, sed manente inter eos fide conjugali, communem  
 „ utilitatem habeant, & non sub uno conclavi maneant. Vel certe,  
 „ si suffragatur virtus, in alia domo suam uxorem faciat habitare,  
 „ ut castitas apud Deum & apud homines habeat testimonium bo-  
 „ num. Si quis vero post hanc conventionem obscæne cum uxore  
 „ elegerit vivere, ut lector habeatur. Qui vero semper sub cano-  
 „ ne ecclesiastico jacuerunt, si contra veterum imperata in suis cel-  
 „ lulis mulierum, quæ infamiæ suspicionem possunt generare, con-  
 „ sortium habuerint: illi canonicè quidem dstringantur, mulieres  
 „ vero ab Episcopis venundentur, & pretium ipsum pauperibus  
 „ erogetur.„

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 280.* AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII, Cap. 22.* & LUPUM *cit. Dissert. I, Cap. 4, pag. 32.*

### §. XXVI.



§. XXVI.

CONCILIIUM ANTISIODORENSE *Can. XX. (a)*

„ Quod si presbyter, quod nefas est dicere, aut Diaconus, aut  
 „ Subdiaconus, post acceptam benedictionem infantes procrea-  
 „ verit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episco-  
 „ po aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non com-  
 „ municet.,,

IDEM *Can. XXI.*

„ Non licet Presbytero, in uno lecto post acceptam benedictionem  
 „ cum Presbyteria sua dormire, nec in peccato carnali misceri,  
 „ nec Diacono, nec Subdiacono.,,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 296.* & AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII. Cap. 25.*

§. XXVII.

CONCILIIUM TOLETANUM *VIII. Can. V. (a)*

„ Quintæ actionis impulsu pervenit ad totius Concilii sacrum au-  
 „ ditum, quosdam sacerdotes, & ministros, obliviscentes ma-  
 „ jorum, ac veterum constitutorum, aut uxorum, aut quarumcun-  
 „ que fœminarum immunda societate, & execrabili contagione tur-  
 „ pari, & pessima cordis obstinatione, tam sacris literis, quam pa-  
 „ trum regulis obviantes, nec levi quidem respiramine contemplan-  
 „ tes, quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus  
 „ sum, dicit Dominus. Et illud Apostolicum: Mortificate membra  
 „ vestra, quæ sunt super terram, id est, fornicationem & immun-  
 „ ditiam, concupiscentiam malam & avaritiam: quibus quanto est  
 „ pertinacior vis in malis, tanto austerioribus convenit obviare de-  
 „ cretis. Propter quod flagitiis detectis, specialiter hoc a sancto  
 „ Concilio definitur, ut omnes Episcopi id ipsum in suis quærere  
 „ solícite curent. Et cum hoc verissime reperire potuerint, omnes  
 „ placita cautione raliter distringant, ut nunquam ulterius tam abo-  
 „ minanda committant. Mulieres vero seu liberæ sint, seu ancillæ  
 „ hac illis turpitudine sociatæ, ita omnimode separentur, aut certe  
 „ vendantur, ut ulterius ad consocios sui criminis revertendi om-  
 „ nem habeant aditum denegatum. Illi vero, si omnino coerceri

H 2

„ nequi-



„ nequiverint, usque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disci-  
 „ plinis monasticis manebant omnino subiecti.,

IDEM *Can. VI.*

„ Sextæ discussionis objecto, quorundam male sibi consciorum pa-  
 „ ruit denotatum elogium. Nam relatam est nobis, quosdam  
 „ subdiaconos, postquam ad sacri hujus ordinis pervenerint gradum,  
 „ non solum carnis immunditia fordidari, cum scriptum sit, Mun-  
 „ damini qui fertis vasa Domini: Sed etiam (quod dictu quoque  
 „ nefas est) novis uxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere,  
 „ quia benedictionem a pontifice se nesciunt percepisse. Proinde,  
 „ omni excusationum discisso velamine, id præcipimus observari,  
 „ ut, cum iidem subdiacones ordinantur, eum vasis ministerii be-  
 „ nedictio eis ab Episcopo detur, sicut in quibusdam Ecclesiis ve-  
 „ rustas tradit antiqua, & sacra dinoscitur consuetudo subitare pro-  
 „ lata, omni penitus ab illis sörde mulierum ac familiaritate remo-  
 „ ta. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt  
 „ sub pœnitentiæ oneribus usque ad extremum vitæ monasteriis  
 „ religandi.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 490.* AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII. Cap.*  
 26. & LUPUM *cit. Dissert. I. Cap. 10. pag. 65.*

§. XXVIII.

CONCILIIUM TOLETANUM IX. *Can. X. (a)*

„ Cum multæ super incontinentia ordinis clericorum hætenus  
 „ emanaverint sententiæ Patrum, & nullatenus ipsorum refor-  
 „ mari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judican-  
 „ tium protraxere commissa culparum, ut non tantum ferretur ul-  
 „ tio in actores scelerum, verum & in progeniem damnatorum,  
 „ Ideoque quilibet ab Episcopo usque ad Subdiaconum deinceps,  
 „ qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ dereftando connubio, in ho-  
 „ nore constituti filios procreaverint, illi quidem, ex quibus geniti  
 „ probabuntur, canonica censura damnentur: Proles autem aliena  
 „ pollutione nata, non solum hæreditatem nunquam accipiet, sed  
 „ etiam in servitutem ejus Ecclesiæ, de cujus Sacerdotis vel ministri  
 „ ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.,

(a) CAUSS, *XV. Quæst. VIII. C. 3.* & apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 516.*  
 &



& HARDUINUM *cit. Tom. III. Column. 975.* Conferatur quoque BERARDUS *de Gratian. Canon. Part. I. Cap. 17. pag. 247.*

## §. XXIX.

CONCILIUM TRULLANUM sive QUINNISEXTUM *Can. VI. (a)*

„ Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum, qui non  
 „ ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores & canto-  
 „ res uxorem posse ducere, & nos hoc servantes decernimus, ut  
 „ deinceps nulli penitus hypodiatcono, vel diacono, vel presbytero  
 „ post sui ordinationem contrahere liceat. Si autem fuerit hoc au-  
 „ sus facere, deponatur. Si quis autem eorum, qui in clerum ac-  
 „ cedunt, velit lege matrimonii mulieri conjungi, antequam hypo-  
 „ diaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.,

IDEM *Can. XII. (b)*

„ Porro hoc quoque ad nostram cognitionem pervenit, quod in  
 „ Africa & Lybia & aliis locis quidam ex iis, qui illic sunt,  
 „ religiosissimi Præsules cum propriis uxoribus, etiam postquam ad  
 „ eos processit ordinatio, una habitare non recusant, ex eo popu-  
 „ lis offendiculum & scandalum afferentes. Cum itaque studium  
 „ nostrum in eo magnopere laborer, ut omnia ad gregis in manus  
 „ nostras traditi nobisque commissi utilitatem fiant, nobis visum est,  
 „ ut nihil ejusmodi deinceps ullo modo fiat. Hoc autem dicimus,  
 „ non ad ea abolenda & everrenda, quæ apostolice antea constitu-  
 „ ta sunt, sed populorum salutis & ad meliora progressionis curam  
 „ gerentes, & ne status ecclesiasticus ullo probro afficiatur. Dicit  
 „ enim divinus Apostolus: Omnia ad Dei gloriam facite: sine of-  
 „ fendiculo estote & Judæis & Græcis, & Dei Ecclesiæ, quemad-  
 „ modum & ego omnibus in omnibus placeo, non quærens meam  
 „ utilitatem, sed multorum ut ferventur. Imitatores mei estote,  
 „ sicut & ego Christi. Si quis autem tale quid agere deprehensus  
 „ fuerit, deponatur.,

(a) Apud BINIUM *Concil. Tom. III. Part. I. Sect. prior. pag. 233.* & LUPUM *Synodor. General. Tom. II. pag. 880.* Conferatur DISTINCTIO XXXII. C. 7. De auctoritate hujus Concilii, canonumque in eo editorum agit BERARDUS *de Gratiani Canon. Part. I. Cap. 41. pag. 401.*

(b) Quo-



(b) Quomodo huic *Canon XIII.* cohæret? „ Quoniam Romanæ Ecclesiæ  
 „ pro canone traditum esse cognovimus, ut promovendi ad Diaconatum,  
 „ vel presbyteratum, profiteantur, se non amplius suis uxoribus conjun-  
 „ gendos; nos antiquum canonem Apostolicæ perfectionis ordinisque ser-  
 „ vantes, hominum, qui sunt in sacris, legitima conjugia deinceps quo-  
 „ que firma & stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus  
 „ conjunctionem dissolventes, vel eos mutua tempore convenienti consue-  
 „ tudine privantes. Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui hy-  
 „ podiaconus, vel diaconus, vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum  
 „ assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed  
 „ neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se a legiti-  
 „ ma cum uxore consuetudine abstenturum: ne ex eo a Deo constitutas  
 „ & sua præsentia benedictas nuptias injuria afficere cogamur, Evangelica  
 „ voce exclamante: *Quæ Deus conjunxit, homo non separet.* Et Apos-  
 „ tolo docente: *Honorabiles nuptias & torum immaculatum. Et, alligatus*  
 „ *es uxori? ne quære solutionem.* Scimus autem, sicut & qui Carthagi-  
 „ ne convenerunt, & vitæ ministrorum honestatis curam gerentes, dix-  
 „ runt, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi & pres-  
 „ byteri secundum proprios terminos a consortibus abstineant, ut & quod  
 „ per Apostolos traditum est, & ab ipsa usque antiquitate servatum, nos  
 „ quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes, & maxime in  
 „ jejuniis & oratione. Oportet enim eos, qui divino altari assident, in  
 „ sanctorum tractandorum tempore, esse omnino continentis, ut possint  
 „ id quod a Deo simpliciter petunt, obtinere. Si quis ergo fuerit ausus  
 „ præter Apostolicos Canones incitatus aliquem eorum, qui sunt in sacris,  
 „ presbyterorum, inquit, vel diaconorum, vel hypodiaconorum, con-  
 „ junctione cum legitima uxore & consuetudine privare, deponatur. Si-  
 „ militer & si quis presbyter vel diaconus suam uxorem pietatis prætex-  
 „ tu ejecerit, segregetur: & si perseveret, deponatur. Conferatur DIS-  
 „ TINCT. XXXI. C. 13. Recte proin BEHARDUS *cit. Cap. 41 pag. 407.*  
 „ expostulat. „ Prosequuntur Trullani Antistites, & ajunt, injuriam fieri  
 „ nuptiis, & Deo nuptiarum Auctori, quoties eisdem frui non permittan-  
 „ tur sacerdotes, verum ipsimet sua sententia damnantur, dum iidem Epis-  
 „ copi Trullani in Canone 12 conqueruntur, Episcopos quosdam post  
 „ ordinationem suam adhuc cum uxoribus antea ductis conversari, *ex eo*  
 „ *populis offendiculum & scandalum adferentes;* Deinde Episcopis illis pro-  
 „ hibent indicta poena depositionis, *ut nihil ejusmodi deinceps ullo modo*  
 „ *fiat. . . ne status Ecclesiasticus ullo probro afficiatur.* Quærerem hoc in  
 „ loco a Græcis, num injuria fiat nuptiis, aut Deo nuptiarum Auctori,  
 „ si quis ab ipsis abstineat sanctioris vitæ Ecclesiasticæ professione? Si  
 „ fieri injuriam dicunt, eccur Episcopis interdicitur, ne post Episcopatum  
 „ adeptum cum uxoribus amplius jungantur, Eccur Episcopis id *probro*  
 „ ver-

„ vertunt, *offendiculo & scandalo*? Quod si nullam & nuptiis & Deo injuriam fieri profitentur, cur Subdiaconos, Diaconos, Sacerdotesque prætextu ordinis sui ab uxoris consuetudine abstinentes, *benedictas nuptias injuria afficere* exclamant? Demum iidem Græci perperam contorserunt canonem Carthaginensem de continentia clericorum, quem restringere voluerunt ad tempora vicis Sacerdotalis, contra, quam Sententia ejusdem canonis ferat. Est is canon tertius Concilii Carthaginensis II. ab Ecclesia Græca recepti, cujus hæc sunt verba: *Aurelius Episcopus dixit: Cum in priore Synodo de continentia, & Castitatis modo quærebatur, placuit, ut hi tres gradus, qui vinculo quodam castitatis per consecrationem implicati sunt, Episcopi, inquam, Presbyteri, & Diaconi, ut sanctos Episcopos & Sacerdotes Dei & Levitas, & Divinis Sacrificiis ministrantes decet, in omnibus continentes sint, quo possint, quod a Deo simpliciter petunt, impetrare; ut & quod per Apostolos traditum, & ab ipsa antiquitate servatum est, nos quoque similiter servemus.* Canon ita expressus non eam interpretationem patitur, quæ ipsi a Græcis assignitur, dum perspicue præcipitur: Sacerdotes & Ministros per sacram Ordinationem vinculo quodam castitatis implicari, dum eadem de Presbyteris, & Ministris, quæ de Episcopis, definiuntur, quos tamen Episcopos ipsimet Græci omnino removendo ab uxoribus decreverunt. Etenim qui tantummodo in ordine vicis suæ continere jubetur, non dicitur in vim suæ consecrationis continentia quodam vinculo implicari, neque potest Episcopis, qui juxta disciplinam Græcorum perpetuam continentiam profitentur, comparari, & una cum ipsis, eademque lege concludi. Hæc omnia observatione digna arbitratus sum, potissimum quia nonnulli ex recentioribus hæreticis ex hoc canone occasionem optimam rati sunt habere, redarguendi disciplinam Romanæ Ecclesiæ Græcorum disciplina merito adversantem. Videant ipsi inprimis, quibus monumentis, quibusque utantur auctoribus, videlicet monumentis, quæ invicem secum non constant, auctoribus autem, qui veterum Patrum sententias detorquere studuerunt, Conferatur insimul LUPUS *cit, Tom. II, pag. 891. & seqq.*

### §. XXX.

CONCILIIUM AQUISGRANENSE tempore Ludovici I. *Cap. VI. (a)*

„ Subdiaconi, qui apud græcos Hypodiaconi vocantur, in Esdra  
„ inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, id est, in humilitate Domino servientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in Evangelio Joannis divina prodicione commonitus, salvatorem meruit confiteri. Quique etiam ad primum divinitatis indicium fidelis enituit, protestante Domino ac dicente; *Ecce vere Is-*  
„ *raël.*



„ *vaelita, in quo dolus non est.* Denique isti oblationes in templo  
 „ Domini suscipiunt a populis. Isti obediunt officiis Levitarum.  
 „ Isti quoque vasa corporis & sanguinis Christi diaconibus ad Al-  
 „ taria Domini offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, ut,  
 „ quia sacra Mysteria contrectant, casti, & continentes sint ab uxori-  
 „ bus, & ab omni carnali immunditia liberi, juxta quod illis,  
 „ Propheta dicente, jubetur: *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Hi  
 „ igitur cum ordinantur, sicut Sacerdotes & Levitæ, manus im-  
 „ positionem non suscipiunt: sed patenam tantum, & calicem de ma-  
 „ nu Episcopi, & ab Archidiacono Scyphum aquæ cum aqua ma-  
 „ nili, & manutergium accipiunt.,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. I. Sect. poster. pag. 211.* & HARTZHEIM *Concil. German. Tom. I. pag. 437.*

### §. XXXI.

#### CONCILIUM WORMATIENSE *Can. IX. (a)*

„ Placuit, ut Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi abstineant  
 „ se a conjugibus, & non generent filios. Quod si hoc de-  
 „ cretum violaverint, ab honore clericatus pellantur.,

(a) Apud BINIUM *cit. Sect. poster. pag. 593.* & AUGUSTINUM *cit. Tit. XVII. Cap. 28.*

### §. XXXII.

#### SYNODUS AUGUSTANA *Cap. I. (a)*

„ Siquis Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiacono-  
 „ rumque uxorem accepit, a sibi injuncto officio deponendus est,  
 „ sicut in Concilio Carthaginensi tenetur *Cap. XXV.*„

#### EADEM *Cap. XI.*

„ Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, ut in multis  
 „ Conciliis firmatum est, quia Divina ministeria contrectant, ab  
 „ uxoribus abstineant. Cæteri autem Clerici, quando ad maturio-  
 „ rem ætatem pervenerint, licet nolentes, ad continentiam cogan-  
 „ tur. „

(e) Apud CANISIUM *Thesour. Monument. Tom. III. pag. 11.* Curante BASNAGE.  
 Et apud HARTZHEIM *Concil. Germ. Tom. II. pag. 623.*

### §. XXXIII.

— — —  
§. XXXIII.

CONCILIUM TICINENSE *Can. I.* (a)

„ Nullus Presbyter, nullus diaconus, nullus subdiaconus, nullus in  
 „ Clero uxorem aut concubinam admittat, cum nulli quoque  
 „ laicorum scire liceat mulierem præter uxorem. Quod si fecerit,  
 „ secundum ecclesiasticam regulam deponatur. „

(a) Apud LABBEUM *Concil. Tom. XIX. pag. 353.* Curante MANSI. Venetiis 1774.

§. XXXIV.

CONCILIUM BITURICENSE *Can. VI.* (a)

„ Ut Episcopi nullum amplius ad subdiaconatus gradum ordinent,  
 „ nisi in præsentia Episcopi ante altare sedentis Deo promittat,  
 „ nunquam se habiturum uxorem, neque concubinam, & si tunc  
 „ eam habuerit, mox ei abrenunciet, quod lingua Francorum egu-  
 „ erpire dicimus. „

IDEM *Can. VIII.*

„ Ut filii Presbyterorum five Subdiaconorum in Sacerdotio, vel  
 „ Diaconatu, Subdiaconatu nati, nullo modo ulterius ad Cleri-  
 „ carum suscipiantur; quia tales & omnes alii, qui non de legitimo  
 „ conjugio sunt nati, *semen maledictum* in Scripturis divinis appellan-  
 „ tur, nec apud sæculares lege hereditari possunt, neque in testi-  
 „ monium suscipi; & qui de talibus Clerici nunc sunt, sacros Or-  
 „ dines non accipiunt, sed in quocunque gradu nunc sunt, in eo  
 „ tantum permaneant, & ultra non promoveantur. „

(a) Apud CABASSUTIUM *in Notitia Ecclesiast. pag. 443.* Bambergæ MDCCLIV.

§. XXXV.

CONCILIUM TOLOSANUM *Can. VII.* (a)

„ Placuit quoque, presbyteros, diaconos & reliquos clericos, qui  
 „ Ecclesiasticos tenuerint honores, abstinere omnimode ab uxo-  
 „ ribus, vel reliquis mulieribus; Quod si non fecerint, honore si-  
 „ mul & officio priventur, & a propriis Episcopis excommunicen-  
 „ tur. „



(a) Apud BINIUM *cit. Tom. III. Part. II. pag. 220.* & HARDUINUM *Concil. Tom. VI. Part. I. Column. 1045.*

### §. XXXVI.

CONCILIUM ROMANUM *sub Nicolao II. §. Ut nullus missam.* (a)

„ Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, post con-  
 „ stitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri Sanctissimi Pa-  
 „ pæ Leonis de castitate clericorum, concubinam palam duxerit,  
 „ vel ductam non reliquerit: ex parte omnipotentis Dei, auctorita-  
 „ te beatorum Apostolorum Petri & Pauli, præcipimus & omnino  
 „ contradicimus, ut missam non cantet, neque evangelium vel epis-  
 „ tolam ac missam legat, neque in presbyterio ad divina officia  
 „ cum iis, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, ne-  
 „ que partem ab Ecclesia suscipiat, quousque a nobis sententia su-  
 „ per hujusmodi, Deo concedente, procedat. „

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 224.* & HARDUINUM *cit. Tom. VI. Part. I. Column. 1062.*

### §. XXXVII.


CONCILIUM ROMANUM I. *tempore Gregorii VII. Cap. XII.* (a)

„ Verus testamentum partim in ministeriis, partim in moralibus  
 „ præceptis continetur, sed adveniente Christo cessavit in mis-  
 „ teriis & carnalibus observantiis, quia ipse est finis, sive completio  
 „ legis, in moralibus præceptis adhuc manet, quia semper est ob-  
 „ servandum: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* & reliqua, &c.  
 „ Quicumque ergo ex lege aliquam carnalem observantiam novo  
 „ quidem testamento adversam, adhuc observandam esse dogmati-  
 „ zar, procul dubio cum Galathis, imo cum Ebionitis judaizat.  
 „ Conjugale autem opus Sacerdotum inter carnalis legis observan-  
 „ tiam computatur, quibus unquam Sacerdotibus hoc tantum in le-  
 „ ge successione causa legitur concessum, quia ex alia tribu nullus  
 „ eo tempore pervenit ad Sacerdotium. Nam nostro tempore ex  
 „ quolibet genere sacerdotes eligere licet, quibus & merito inter-  
 „ dicitur conjugale opus, cum non jam successores habeant necessa-  
 „ rios. Quapropter quisquis & hoc tempore illud Judaicum con-  
 „ jugium

„ jugium sacerdotibus licere cum Sozomeno, vel potius cum Ebio-  
 „ ne dogmatizat, non negligenter illud inevitabile anathema confi-  
 „ derat, quo ipse Apostolicus specialiter judaicarum observationum  
 „ prædicatores anathematizat, Galathas Judaizantes ira deterrens:  
 „ *Sed licet nos, aut Angelus de Cælo evangelizet vobis, præterquam quod*  
 „ *evangelizavimus vobis, anathema sit.* Idem vero inculcans subjun-  
 „ git: *Nunc iterum dico vobis, si quis evangelizaverit præter id quod*  
 „ *accepistis, anathema sit.* Idem quoque Paulus ipsum Principem  
 „ Apostolorum, Antiochiæ licet ejusdem Sedis Episcopum, libera-  
 „ liter corripuit, eo quod non quidem prædicando, sed suo exem-  
 „ plo judaizare cogeret, cum se ab eorum convivio pro timore Ju-  
 „ daeorum simulando subtraheret. Præterea ipse hæresiarches He-  
 „ bion cum omnibus suis sectatoribus inter reliquos hæreticos Ana-  
 „ thematizatus est a sacratissima Synodo Constantinopolitana, & a  
 „ B. Gelasio Papa in Apostolica Sede, quod anathema nullus sub-  
 „ terfugere poterit, quicumque ipsum hæresiarcham per Sozomeni  
 „ cap. sectari præsumpserit.,

IDEM Cap. XIII. 1

„ **Q**uidam etiam videntur sibi nimium scioli, asserentes inconti-  
 „ nentiam sacerdotibus esse concessam in illo Apostoli: *unusquis-*  
 „ *que suam uxorem habeat.* Qui autem non intelligunt, quæ loquun-  
 „ tur, neque de quibus affirmant; aut, si intelligunt, suam ipsorum  
 „ conscientiam impugnant. Nam attestante B. Hieron. Corinthiï  
 „ inter cætera ab Apostolo quæsierant, an nuper renatis in Christo  
 „ carnalis copula licita esset? quibus ita rescripsit Apostolus: *de qui-*  
 „ *bus autem scripsistis mihi, bonum est hominem mulierem non tangere;*  
 „ *propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, unaquæ-*  
 „ *que virum suum. Uxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor*  
 „ *viro. Mulier sui corporis potestatem non habeat, sed vir. Similiter &*  
 „ *vir sui corporis potestatem non habeat, sed mulier. Nolite fraudare in-*  
 „ *vicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: quod ita*  
 „ *exponit B. Hieronym. in lib. contra Jovinianum: non dixit Aposto-*  
 „ *lus: propter fornicationem ducat unusquisque uxorem; alioquin hac excu-*  
 „ *satione libidini frena laxasset, ut quotiescunque uxor moriatur, toties*  
 „ *ducenda sit alia, pie fornicemur: sed unusquisque uxorem suam habeat:*  
 „ *suam, inquit, habeat, sua utatur, quam habebat, antequam crederet,*  
 „ *quam bonum erat non tangere, & post fidem Christi sororem tantum*  
 „ *nosse,*



„ *nosse, non conjugem; nisi fornicatio tantum excusabilem faceret. Nolite*  
 „ *fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.*  
 „ Oro re, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod cor-  
 „ pus Christi accipere non permittit; quamdiu enim impleo mariti  
 „ officium, non impleo continentis. Juber idem Apostolus in alio  
 „ loco, ut semper oremus; si semper oramus, nunquam conjugio  
 „ serviendum est, quandoquidem quotiescunque uxori debitum red-  
 „ do, orare non possum. Sic & Petrus Apostolus docet Christia-  
 „ nos, ut infirmiori vasculo muliebri honorem tribuant, ab opere  
 „ conjugali cessantes, ne impediuntur eorum orationes. Quis ergo  
 „ sanæ mentis prædictas Apostoli sententias de exercendo conjugali  
 „ opere sacerdotibus ascribat, quorum quotidianum est officium;  
 „ non modo orare, sed & divina sacramenta contrectare, præsertim  
 „ cum in eodem loco etiam cuilibet Christiano tempore orationis  
 „ injungatur continentia. Nempe si Apostolus his etiam sacerdoti-  
 „ bus carnalem copulam concederet, profecto contrarius sibi esset,  
 „ qui ad Titum scribens præcipit, ut sacerdotes sobrii, justi sint,  
 „ atque continentes. Et non hic sacerdotibus, sed laicis, & his  
 „ non solidum cibum, sed lacteum potum ministrat, ut puta neo-  
 „ phitis, qui nondum sibi, necdum aliis sufficienter erant instructi.  
 „ . . . Idem Apostolus sacerdotale officium penitus intercludit. Ea-  
 „ dem etiam ratione probatur, ad Laicos, non sacerdotes spectare,  
 „ quidquid idem Apostolus scribit de exercendo opere conjugali,  
 „ ut illud: quod si se non continent, nubant. *Melius est nubere,*  
 „ *quam uri.* Id est, melius est legitimo marito misceri, quam for-  
 „ nicari. Et illud: *solutus es ab uxore, noli quæverè uxorem, si acce-*  
 „ *peris uxorem, non peccasti; si nupservit virgo, non peccat.* Hoc itaque  
 „ nullo modo de sacerdotibus vel de aliis continentiae dedicatis  
 „ dicitur; sed de illis tantum, qui legitime conjugari possunt, un-  
 „ de B. Hieron. in lib. suprascripto: *si, inquit, nupservit virgo, non*  
 „ *peccabit, non illa virgo, quæ semel Dei cultui dedicata; harum enim si*  
 „ *qua nupservit, damnationem habebit, quia primam irritam fecit fidem:*  
 „ *si autem hoc de viduis dictum objecerit, quanto magis de virginibus præ-*  
 „ *valebant, cum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit, virgines*  
 „ *enim, quæ post consecrationem nupservint, non tam adulteræ sunt, quam*  
 „ *incastæ.* Si ergo prædictæ Apostoli sententiæ hujusmodi conti-  
 „ nentibus carnalem copulam non concedunt, quanto minus sacer-  
 „ dotibus, maxime cum illæ simpliciter ad continentiam sint con-  
 „

„ *secra-*



„ secratae, illi autem ipsis continentibus sint praelati, & per vene-  
 „ randam manus impositionem, & per sacrosancti chris-matis unctio-  
 „ nem. Præterea idem Apostolus ipsis, quibus conjugale opus  
 „ exercere concedit, eisdem etiam secundum nuptias inire licenter  
 „ permittit. Soluta enim ab uxore aliam ducere concedit, & vi-  
 „ duæ nubendi licentiam attribuit. Nullatenus ergo sacerdotes sub  
 „ permissoria carnalis copulæ sententia comprehendit, quibus in Epist.  
 „ ad Timoth. & Titum digamiam penitus prohibuit, cum jubeat  
 „ tantum unius uxoris virum eligi ad sacerdotium: nam nec apud  
 „ ethnicos bigamia licebat sacerdotibus B. Hieronymo asserente con-  
 „ tra Jovinianum.

„ *Legant, inquit, nostrates, antequam religio nostra fulgeret in mun-*  
 „ *do, unicubas semper habuisse inter matronas decus, per illas fortunæ*  
 „ *muliebri sacra fieri solita, nullam sacerdotum bigamum, nullum flaminem*  
 „ *bimaritum. Hierofantas quoque Atheniensium usque hodie cicutæ sorbi-*  
 „ *tione castrari, & postquam in Pontificatum electi fuerint, viros esse de-*  
 „ *sinere.* Quicumque autem prædicti Apostoli verba in tantum adul-  
 „ terant, ut sub eorum perversa interpretatione etiam sacerdotibus  
 „ incontinentiam licere consignant, procul dubio sequuntur Nico-  
 „ laum hæresiarchen, quem Clemens Alexan. in 3. lib. Stromatum  
 „ refert, uxorem suam cuilibet etiam volenti prostituisset, & hoc  
 „ exemplo suo docuisse, cunctis promiscua atque communia fæmi-  
 „ narum consortia licere, & hoc ideo, ut a majoribus . . . . quia  
 „ scriptum est: *& erant illis omnia communia*, inter quæ Nicolaus  
 „ numeravit & conjugia. Sicut ergo ille Apostolicum exemplum  
 „ nimis generaliter & perverse acceptum in hæresim mutasse refer-  
 „ tur, sic & isti illud Apostoli: *unusquisque uxorem suam habeat*, ni-  
 „ mis generaliter & perversissime interpretantes, in errorem ver-  
 „ tisse notantur, qui sub eodem exemplo contra eundem Aposto-  
 „ lum sacerdotibus conjugale opus concessum fallaci pertinacia con-  
 „ tendunt. Quamvis enim in sacris ordinibus promiscua fæmina-  
 „ rum consortia magis detestanda sunt, quam singularia, deprava-  
 „ tio tamen Apostolicæ institutionis ipsi hæresiarchæ Nicolao minus  
 „ imputanda videretur, quam istis. Ille enim eo quidem tempore  
 „ Apostolicam doctrinam male interpretatus est, cum vix imprimis  
 „ nomen Christianitaris incepisset, cum Evangelicæ, & Apostolica  
 „ doctrina nondum esset per totum mundum dilatata, nondum tot  
 „ virtutibus tot signis, tot sacratissimis S. S. Martyrum triumphis  
 „ appro-



„ approbata. Illi autem eandem doctrinam jam ubique, ignotam  
 „ nec rusticis jam dudum, imo jam ab antiquo sanguine S. S. Pa-  
 „ trum consecratam & irrefragabiliter corroboratam obstinatissima  
 „ temeritate nituntur depravare. Unde & illam perditionem sub-  
 „ terfugere nequibunt, quam ipse princeps Apostolorum deprava-  
 „ toribus scripturarum assignat, qui epistolas coapostoli ejus Pauli  
 „ ita nobis commendat: *In quibus, inquit, epistolis sunt quedam dif-*  
 „ *ficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles pravant, sicut & cæteras*  
 „ *scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Vos ergo fratres præscien-  
 „ tes, custodire, ne insipientium errore traducti excidatis a propria  
 „ firmitate; ut autem clarius eniteat, Apostolum in superioribus  
 „ sententiis non sacerdotibus, sed laicis carnale commercium indul-  
 „ sisse, diligenter inspiciamus, quod idem Apostolus ministros san-  
 „ ctorum observare decernat, & quibus sacros ordines concedi vel  
 „ denegari constituat; Nam in eadem Apostolica institutione &  
 „ defensoribus sacerdotalis incontinentiæ perpetuum silentium evi-  
 „ denter imponitur, & præfata nostri Apostolici statuta irrefragabi-  
 „ liter corroborantur, quippe quæ nulli sacrum officium interdi-  
 „ cunt, nisi quem & Apostolica præcepta penitus ab ipso sacro or-  
 „ dine secludunt. „

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 387.* & HARDUINUM *cit. Tom. VI, Part. I, Column. 1533.*

### §. XXXVIII.

#### CONCILII ANSANUM *Can. V. (a)*

„ Est autem decretum a sanctis Patribus in Concilio, & catholi-  
 „ cis Episcopis, ut sacerdotes ab uxoribus se abstineant: sin-  
 „ autem, in Ecclesiis sacrum mysterium non faciant, & ipsas Ec-  
 „ clesias, quas possident, perdant. „

(a) Apud MARTENE *Theaur. anecdot. Tom. IV. pag. 76.*

### §. XXXIX.

#### CONCILII CLAROMONTANUM *Can. IX. (a)*

„ Ut nullus sacerdos, aut Diaconus, aut Subdiaconus, sed &  
 „ nullus,



„ nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adjun-  
„ gat. Quod si fecerit, a canonica omnino arceatur. „

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 416.* qui & refert alium ejusdem Conci-  
lii canonem tenoris: „ Eademque opera omnem simoniacam rerum sacra-  
„ rum acquisitionem vetuit. Prohibuit omnibus, in ordinibus sacris con-  
„ stitutis, ne cum mulieribus, vel matrimonio conjunctis, vel non  
„ conjunctis, consuetudinem haberent, sed in perpetuo degerent coeli-  
„ batu. „

### §. XL.

#### CONCILIUM LONDINENSE III. (a)

„ **U**t nullus Archidiaconus, presbyter, diaconus, canonicus uxo-  
„ rem ducat, aut ductam retineat. Subdiaconus vero quilibet,  
„ qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxe-  
„ rit, eadem regula constringatur. „

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 437.* & HARDUINUM *Concil. cit. Part. II. Column. 1890.*

### §. XLI.

#### CONCILIUM RHEMENSE sub Calixto II. *Can. V.* (a)

„ **P**resbyteris, diaconibus, subdiaconibus, concubinarum & uxo-  
„ rum contubernia penitus interdicimus. Si qui autem hujus-  
„ modi reperti fuerint, ecclesiasticis & officiis priventur & benefi-  
„ ciis. Sane si neque sic immunditiam suam correxerint, commu-  
„ nione careant christiana. „

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II, pag. 462,* & HARDUINUM *cit. Part. II. Column. 1984.*

### §. XLII.

#### CONCILIUM LATERANENSE sub Calixto II. *Cap. III.* (a)

„ **P**resbyteris, Diaconibus, vel Subdiaconibus concubinarum &  
„ uxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulie-  
„ rum



rum cohabitationem: præter quas Synodus Nicena per solas necessitudinum causas habitare permisit, videlicet matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias hujusmodi de quibus nulla valeat juste suspicio oriri.

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 464.* & HARDUINUM *cit. Part. II. Column. IIII.*

### §. XLIII.

#### CONCILIIUM LONDONIENSE I. *Can. VIII. (a)*

Præcipimus etiam nec uni personæ archidiaconatus vel diversi ordinis tribuantur honores. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, canonicis, uxorum, concubinarum, & omnino omnium foeminarum contubernia auctoritate Apostolica inhibemus, præter matrem, sororem, amitam, five illas mulieres, quæ omni careant suspicione. Qui hujus decreti violator extiterit, confusus vel convictus, ruinam proprii ordinis patiatur.

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 470.* & HARDUINUM *cit. Part. II. Column. 1205.*

### §. XLIV.

#### CONCILIIUM LATERANENSE *sub Innocentio II. Can. VI. (a)*

Decernimus etiam, ut ii, qui in ordine subdiaconatus, & supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum Dei, vasa Domini, sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dici, indignum est, eos cubilibus & immunditiis deservire.

#### IDEM *Can. VII.*

Ad hæc prædecessorum nostrorum Gregorii Septimi, Urbani, & Paschalis Romanorum Pontificum vestigiis inhærentes, præcipimus, ut nullus missas eorum audiat, quos uxores vel concubinas habere cognoverit. Ut autem lex continentiae & Deo placens

„ placens mundicia in ecclesiasticis personis, & sacris ordinibus dilateretur, statuimus, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares, Canonici, & Monachi, atque conversi professi, qui sanctum transgredientes propositum uxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Hujusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiarum regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant.,,

---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 487.* & HARDUINUM *cit. Part. II. Column. 1209.*

### §. XLV.

CONCILIIUM RHEMENSE *sub Eugenio III. Can. VII. (a)*

„ Quia vero continentia, & Deo placens munditia in Ecclesiasticis personis & sanctis ordinibus dilatanda est: sanctorum Patrum & prædecessoris nostri Papæ Innocentii vestigiis inhærentes, statuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, subdiaconi, regulares Canonici, Monachi, atque conversi professi, qui sacrum transgredientes propositum uxores sibi copulare præsumpserint, separentur: hujusmodi namque copulationem, quam contra ecclesiasticam rationem constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab invicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Id ipsum quoque de Sanctimonialibus, si quod absit, nubere tentaverint, observari præcipimus.,,


---

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 506.* & CABASSUTIUM *in Notit. Ecclesiast. pag. 479.* Conferatur CAUSS. XXVII. *Quæst. I. C. 40.*

### §. XLVI.

CONCILIIUM LATERANENSE II. *sub Alexandro III. Can. XI. (a)*

„ Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis incontinentiæ nota tenuerint, aut abiciant eas,  
K „ &



„ & continenter vivant, aut ab officio & beneficio ecclesiastico fiant  
 „ alieni. Quicumque incontinentia illa, quæ contra naturam est,  
 „ propter quam venit ira Dei in filios diffidentiae, & quinque civi-  
 „ tates igne consumpsit, deprehensi fuerint laborare: si clerici fue-  
 „ rint, ejiciantur a clero, vel ad pœnitentiam agendam in monas-  
 „ teriis detrudantur: Si laici, excommunicationi subdantur, & a  
 „ coetu fidelium fiant prorsus alieni.,,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 557.* & HARDUINUM *cit. Part. II. Column. 1678.*

## §. XLVII.

### CONCILIIUM LONDINENSE *sub Gregorio IX. (a)*

„ Innotuit nobis, referentibus plurimis fide dignis, quod multi  
 „ I propriæ salutis immemores, matrimoniis contractis clandesti-  
 „ ne, retinere cum uxoribus ecclesias, & ecclesiastica beneficia adi-  
 „ pisci, de novo promoveri ad sacros ordines, contra statuta sacro-  
 „ rum canonum, non formidant. Deinde processu temporis, proli-  
 „ susceptæ de tali copula expedire videtur, ipsis viventibus vel de-  
 „ functis, per testes vel instrumenta probare, contracta fuisse ma-  
 „ trimonia inter eos. Verum quia per clericos matrimonio seu  
 „ contubernio intendentes procurari animarum perditio, negligi  
 „ salus earum, & ecclesiastica diripi, morbo, qui multum invaluisse  
 „ asseritur, sic duximus occurrendum, ut si repertum fuerit ali-  
 „ quos taliter contraxisse, & ab Ecclesiis & ecclesiasticis beneficiis,  
 „ quibus tam eos, quam quoslibet uxoratos fore decernimus ipso  
 „ jure privatos, removeantur omnino: & si quæ bona post hujus-  
 „ modi matrimonium qualitercunque quæsitæ fuerint, per ipsos vel  
 „ submissas personas de bonis eorum, ea nequaquam filiis vel ux-  
 „ oribus hujusmodi, sed Ecclesiis, quas tenuerunt, vel in quibus  
 „ habuerunt beneficia, protinus applicentur. Ipsi quoque filii, ad  
 „ ecclesias & ecclesiastica beneficia & ecclesiasticos ordines, velut  
 „ inhabiles, nullatenus admittantur, nisi cum eis, exigentibus eorum  
 „ meritis, fuerit canonice dispensatum.,,

(a) Apud BINIUM *cit. Part. II. pag. 710.* & HARDUINUM *Concil. Tom. VII. Column. 621.*

## §. XLVIII

## §. XLVIII.

CONCILIIUM MOGUNTINUM *Cap. XXXIX. (a)*

„ **L**icet multa super continentia Clericorum, Patrum hæctenus  
 „ emanaverint instituta, quia tamen adhuc nonnulli Clerici  
 „ lumbos suos cingulo continentiae, ut accepimus, non accingunt  
 „ in animæ suæ grave periculum, & scandalum plurimorum, non  
 „ attendentes, quod scriptum est: *Sancti estote, quoniam Sanctus*  
 „ *sum, &c.* Nos, qui saltem circa undecimam horam missi fu-  
 „ mus, ut nociva de vinea Domini Sabaoth, ex officio nobis in-  
 „ juncto, quantum ipse dedit, extirpemus, quia *zelus nos comedit*  
 „ *Domus Dei*: hujus igitur sacri approbatione Concilii duximus ali-  
 „ quid statuendum. Præcipimus igitur, ut Clerici continenter &  
 „ caste vivere studeant universim, maxime in sacris ordinibus con-  
 „ stituti, quatenus in conspectu Omnipotentis Dei puro corde va-  
 „ leant ministrare: Si quis autem Clericorum deinceps visus fue-  
 „ rit incontinentiæ vitio laborare, detinendo concubinam; nisi post  
 „ ammonitionem *canonicam* illam profus a se expulerit, tunc offi-  
 „ cio & beneficio spoliatur: Si vero nec foetorem suæ libidinis  
 „ curaverit evitare, quia crescente contumacia crescere debet &  
 „ poena, anathematis gladio feriatur. „

---

(a) Apud HARTZHEIM *Concil. German. Tom. III. pag. 607.*

## §. XLIX.

CONCILIIUM VIENNENSE *Cap. III. (a)*

„ **P**ræsentis igitur Concilii approbatione præcipimus, ut Clerici  
 „ continenter & caste vivere studeant; quatenus puro & mundo  
 „ corde Deo possint in officio ecclesiastico ministrare. „

---

(a) Apud HARTZHEIM *cit. Tom. III. pag. 633.*



## §. L.

SYNODUS OLOMUCENSIS *Cap. I. (a)*

» Nos hujusmodi vitium a sanctis Patribus, & eorum institutio-  
 » nibus prohiberi, & detestari scientes, & sicut Religioni Sa-  
 » cerdotum convenit, prospectum cupientes, monemus omnes Præ-  
 » latos, & Clericos nostræ Diœcesis, ut continenter & caste stu-  
 » deant vivere.,»

(a) Apud HARTZHEIM *Concil. German. Tom. IV. pag. 269.*

## §. LI.

CONCILIIUM MAGDEBURGENSE *Cap. XX. (a)*

» Attendentes insuper, quod scriptum est, & dictum præcipue  
 » Sacerdotibus, & Clericis universis: *Sancti estote, quia Sanctus*  
 » *ego sum*: Præcipimus hujus approbatione Concilii, ut universi  
 » in sacris Ordinibus constituti studeant caste vivere, quatenus in  
 » conspectu omnipotentis Dei, puro corde, & mundo corpore va-  
 » leant ministrare.,»

(a) Apud HARTZHEIM *cit. Tom. IV. pag. 421.*

## §. LII.

CONCILIIUM TRIDENTINUM *Sess. XXIV. Can. IX.*

» Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos, vel re-  
 » gulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium  
 » contrahere, contractum validum esse, non obstante lege Eccle-  
 » clesiastica, vel voto, & oppositum nihil aliud esse, quam dam-  
 » nare



✠ ✠


» nare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimo-  
» qui non sentiunt, se castitatis, etiamsi eam voverint, habere do-  
» num, anathema sit: cum Deus id recte parentibus non dene-  
» get; nec patiatur nos supra id, quod possumus, tentari.»

### EPILOGUS.

Ex tot, tantisque jam cum doctissimo ac venerabili D. ZACCA-  
RIA (a) concludere, seu potius commonere fas sit: » Ben-  
» diverse erano state e Giuditta, ed Anna figliuola di Fanuello; ma  
» perche, come nota Girolamo, *diebus & noctibus versabantur in*  
» *templo, & orationibus, atque jejuniis thesaurum pudicitiae conserva-*  
» *bant.* Queste imitino gli Ecclesiastici, e col rigore de' digiuni,  
» colle asprezze delle vigilie, coll ardore delle orazioni spegneran-  
» no le infocate saette del tentatore, senza che vengano dal  
» voto fatto con indulgenza riprensibile dispensati. *Qui potest susti-*  
» *nere, porro fine al mio Libro colle parole dello stesso Girolamo*  
» *altrove ancora da me riportate, sustineat: qui non potest, ipse vide-*  
» *rit. Nobis curæ est, non quid unusquisque possit, aut velit; sed quid*  
» *scripturæ præcipiant, dicere.»*

---

(a) *Storia Polemica del Celibato sacro Lib. III. Cap. V. S. 10.*



7810/66



